APPENDIX
AD
CATALOGVM
NVMORVM
HVNGARIAE
AC
TRANSILVANIAE
INSTITVTI
NATIONALIS SZÉCHÉNYIANI.

PESTHINI,
TYPIS TRATTNERIANIS.
1810.

— scire tum memento, quando hic, quod voles, habebis.

PLAVTVS *in Captiu.*

REI
NVMARIAE HVNGARICAE
CVLTORIBVS
IAC. FERD. MILLER DE BRASSO.
S.

CONDITVM nuper multo studio, et non mediocribus impensis Excell. ac Illustr. D. FRANCISCI e Comitibus SZÉCHÉNYI de SÁRVÁRI FELSÖ-VIDÉK (tit.) etc. etc. in nationali Statuum, ac Ordinum Regni Museo Numis hungaricis ditissimum Delubrum, iamque etiam publicis quarumuis illustrium, eruditarum, ac honoratiorum Personarum vsibus apertum, omnes boni grata recolunt memoria, de singulari hoc Thesauro Patriae congratulantur, miramque illustris Patricii Liberalitatem celebrant.

Quas enim hactenus Opes numarias in priuatis *Viczayanis*, *Festeticsianis*, *Semseianis*, *Andrassianis*, *Bruckentalianis*, *Kubinyianis*, aliorumque aedibus admirati sumus; paucis admodum exceptis, in vnum congregatas, *Széchényianum* Gazophylacium pene omnes complectitur, publiceque expositus apparatus iucundissime oculos, atque animum oblectat. — Seu numerum, raritatem, valorem, ordinem, seu Scriniorum splendorem, et artificium examines, haud aliud certe (si Rerum patriarum cognitione afficeris) quam amplissimum Regni ornamentum, dignum omnino *Széchényiani* in Patriam amoris, fideique exemplum, ac maximi pretii Donum contemplabere.

Pretiosissimam hanc Collectionem duae de viginti Arcae comprehendunt, quarum singula ex alio, atque alio Ligni hungarici genere constructa attentionem excitat, reclusa tenentes maioris, minorisque moduli, ac di-

uersi metalli *bis mille sexcenta septuaginta quinque* frusta Numorum. Horum *duo* sunt supra *septies centenos* aurei, *mille septingenti et sexaginta octo* argentei, *centum nonaginta tres* aenei, *duodecim* stannei, quas beneficus Optimas se vltro quoque adaucturum, quoad vixerit, pro congenita sibi largitate pollicetur, vt Regnum perfectissimo olim Numorum domesticorum Cimelio potiri, et gaudere valeat.

Etsi quidem plurimos eorum a nonnullis Rei numariae Scriptoribus iam dudum indicatos esse exploratum sit, plures tamen in *Numophylacio Széchényiano* sese adhuc spectandos praebent, quorum notitia HAEREVM, MELLENIVM, SCHMEICZELIVM, KÖLESERIVM, MÁDAIVM, WESZPRIMIVM, aliosque penitus fugiebat. — Primum veneramur Celeberrimum aeuo nostro Numorum Interpretem RR. D. STEPHANVM SCHÖNVISNERVM, Abbatem B. M. V. de Tor-

mova, A.A. L.L. et Philos. Doctorem, Bibliothecae in Regia Vniuersitate Hungarica Praefectum, et Facultatis Philosophicae Pro-Seniorem, qui edita *Notitia Hungaricae Rei numariae ab origine ad praesens tempus cum XX. Tabulis. 4. m. Litteris, ac sumptibus Typographiae eiusdem R. Vniuersitatis* 1801. Numismaticam Hungariae ad Artis Criticae regulas certo Systemati perquam scite accommodauit.

Doctissimi huius Scriptoris indefessae diligentiae, et amplissimae eruditioni in acceptis quoque referendum est, quod iam ingrauescente aetate operam dare aspernatus non sit describendis Numis *Széchényianis*, quos vndeunde maximis sumtibus munificentissimus Hungariae Maecenas partim ipse collegit, partim de libraria, et numaria Suppelectili *Széchényiana* optime meritum MICHAELEM TIBOLTH, Tabulae iudiciariae in inclutis Comitatibus Simeghiensi, Sopro-

niensi, et Castriferrei Assessorem sine vlla restrictione expensarum comparare iusserat. — Tot, tantasque in vnum aceruum congestas cupedias nuper cum perenni nominis sui commendatione retulit in *Catalogum Numorum Hungariae, et Transiluaniae Instituti Nationalis Széchényiani in III. Partibus. 8. Pestini Tipis Mathiae Trattner.* 1807.

Quo autem Rei numariae hungaricae Cultoribus auxiliaretur, non modo in CVII. Tabulis Numos aeri, quam accuratissime fieri potuit, incidi curauit, sed etiam in Parte III. a Pag. 49 — 281. Specimen Dissertationis de praestantia, et vsu Numorum Hungariae et Transiluaniae addidit, a Pag. 283 — 293. de collectionibus numariis, quae in Hungaria, et Transiluania existunt, prolixe disseruit, Pag. 294 — 302. Elenchum Librorum, qui Numos Hungariae, et Transiluaniae memorant, aut describunt, admodum vtilem pertexuit, ac

demum a Pag. 303 — 399. Sylloge Constitutionum aliquot monetalium, et metallicarum Regni Hungariae, et Transiluaniae ad vberius cognoscendum Rei numariae apud nos progressum magno Curiosorum commodo adiunxit.

Praestantissimo Opere hunc in modum ab Auctore multis cum fatigiis feliciter ad vmbilicum perducto, almaque Pace Monarchiae Austriaco-Hungaricae secundis prorsus auibus rursum reddita, pius in Patriam sensus magnanimi Fundatoris haud vltro indulgere potuit, quominus perraras has Diuitias suas, abdicata omni (vt Iuris-Consultis nostris loqui in more positum est) iuris proprietate, Regno ocyus offerre, donare, atque tradere contenderet.

Equidem inter praecipuas fortunarum mearum accessiones nunquam non reputauerim, quod Serenissimus Archidux IOSEPHVS Hungariae Palatinus me omnino dignum arbitratus

sit, cui nouum istum Patriae Thesaurum Benigno suo ad me 8-a Iunii anni praesentis 1810. Nro 1343. directo Decreto Palatinali sub curam et vigilantiam recipiendi, auctoritas nomine Regni crederetur.

Proinde nemo non intelligit, mea interfuisse plurimum, vt hae opes, quae internum valorem quadraginta mille Florenorum in proba moneta superant, Museo nationali absque omni defectu resignarentur, et a me pro muneris, cui praesum, partibus reciperentur, perque Officiolatum optima fide administrarentur. — Quapropter numerati fuere, diligenterque inspecti, et collati vniuersi Numi cum ipsa descriptione, quae memorato Catalogo numismatico Széchényiano comprehenditur.

Ea occasione obseruatum est, inopine irrepsisse quaedam notabiliora Typothetarum in Librum, et nonnulla Calchographorum in aeneas Tabu-

las sphalmata, quae Numophilos in errorem facile inducere possent. — Nonnullis enim locis Annus perperam indicatur, Tabula male designatur, aut Argentum Auro substituitur. — Accedit, quod in Scriniis Monetae, et Numismata contineantur, quorum interpretationem in Catalogo ne quidquam quaesieris. — Serius enim procurata sunt, ipso nempe Numorum Indice iam tipis excuso. — Accesserunt praeterea aliquae etiam Constitutiones monetariae, quas eruditissimus Compilator, dum *Széchényiani Numophylacii* Commentationem elucubraret, in promtu non habebat.

Vt his difficultatibus litterariis quoquo modo interea, donec *Supplementa* Catalogi numismatici Széchényiani cum ipsis Tipis Numorum vulgata fuerint, occurratur, visum est paucas has Plagulas sub titulo *Appendicis* edere, et adscita ANTONII HALICZKY in Museo nationali iurati

primarii Amanuensis opera, defectus explere, corrigenda corrigere, addenda suis inserere locis, et nouis Documentis adaugere, eorum cumprimis caussa, qui ab Excellentissimo Comite Catalogi numismatici exemplaribus donati sunt.

Quum enim Scientia numaria e re paucorum sit, neque omnibus fortuna, et opportunitas concessa habeatur ipsos Numos videndi, et examinandi, sed duntaxat Libris vtendi, et in iisdem expressos Numorum tipos inspiciendi, vtrosque tamen seu, qui Numis delectantur, seu, qui Artem numariam profitentur, circumspectos multis, variisque de caussis esse oporteat, ne scilicet falsos pro veris, et genuinis habeant, vtque occasionem, et euentum, in cuius memoriam Numisma aliquod cudi meruit, cognoscant, pretium ipsius Numi non tam ex materia, quam ex forma, symbolis, epigraphe, aliisque adiun-

ctis definire, et nonnunquam vanae raritatis opinioni modum, cumprimis in antiquis monetis, ponere nouerint, Historiarum vtique, Constitutionum, ac Diplomatum haud vulgarem notitiam ad intelligendas Inscriptionum significationes summe necessariam esse, res ipsa loquitur. — Namque antiquos Patriae Numos nosse quidem perquam iucundum est, attamen vtile non minus ipsas Constitutiones numarias secundum temporum seriem etiam habere perspectas. — Quo in genere, vt Rei numariae Hungaricae, ac Transiluanicae consulatur, quemadmodum in *Catalogo Széchényiano numismatico* largiter prospectum est, ita postea etiam in eiusdem *Supplementis* suo tempore publica luce donandis diligentissime curabitur. — Vtere interea his, quae nunc promti damus. — Dabam Pestini in Bibliotheca Musei Hungarici ad Diem II. Iulii Anno M. D. CCC. X.

AD DIEM

QVO

NVMOPHYLACIVM HVNGARICVM

SZÉCHÉNYIANVM

IN

NATIONALI

STATVVM ET ORDINVM

REGNI MVSEO

ANNO MDCCCX.

PRIMVM APERTVM EST,

— Maiestatem Res data Dantis habet.

OVID. *Lib. IV. de Pont.*

VRGENTE.
NOVO. PHOSPHORO.
MELIORIS. FORTVNAE. OMINA.
COELO. HVNGARICO.
MAGNORVM. PROAVORVM.
AEMVLVS.
EXEMPLIS. RARVS.
MVNIFICVS. IN. REM. PVBLICAM.
OPTIMAS. PATRICIVS. CIVIS.
MAXVMVS.

FRANCISCVS.

E. COMITIBVS.

SZÉCHÉNYI.

DE

SÁRVÁRI. FELSÖ. VIDÉK.

AVREI. VELLERIS. EQVES.
AVGVSTO. AVSTRIADVM. CAESARI.
ET.
REGI. APOSTOLICO.
A.
CONSILIIS. INTIMIS.
SVMMVS. A. CVBILIBVS.
PROVINCIAE. SIMEGHIENSIS.

SVPREMVS. MODERATOR.
DENATA. REGVM. SAECVLA.
PROROGAT.
MEMORIAM. FACTA. AETATES.
AB. VMBRIS. REVOCAT.
IN.
AVRO. ARGENTO.
INSTAVRAT.
QVOD.
CORVSCANTIBVS. ARCIS.
LARGITER. INTVLIT.
QVVM.
DICATVM. AB. SE. PATRIAE.
NVMOPHYLACIVM.
HVNGARICVM.
APERIT.
OPES. EFFVNDIT.
GENTIS. ADCVMVLAT. LVCRA.
DECVS. OMNE.
A.
REGNI. MONVMENTIS.
LIBRANS.
SPESQVE. NOVAS.
SVO. NOMINE.

METIENS.

SIC.

IVCVNDO. NVMORVM. INTVITV.

PRISCI. AC. NOSTRI. TEMPORIS.

HORAS. RENOVAT.

I.

QVA. MAGNAE. PATENT. TEMPLA.

FAMAE.

DIGNOS.

ORBIS. HVNGARICVS.

REFERET. HONORES.

SVSPENDET. CERAS.

PONET. CVLTVS. ALTARIA.

CLIO.

GRAVIORE. ELOQVIO.

TE.

PER. IMMORTALIA. CANET. LVSTRA.

M **

CONSPECTVS
Numorum Hungaricorum, et Transil-
uanicorum secundum ordinem
Scriniorum.

Scrinia	*Aur.*	*Arg*	*Aen.*	*Stan.*	*Sum.*
I. S. STEPHANI	—	12	—	—	
PETRI - - - -	—	3	—	—	
SAMVELIS ABA. -	—	4	—	—	
ANDREAE I. - -	—	4	—	—	
BELAE I. - - -	—	1	—	—	
SALAMONIS - -	—	4	—	—	
GEYSAE I. - - -	—	1	—	—	
S. LADISLAI - -	—	5	—	—	
COLOMANNI - -	—	4	—	—	
STEPHANI II. - -	—	3	—	—	
BELAE II. - - -	—	7	—	—	
GEYSAE II. - -	—	2	—	—	
STEPHANI III. -	—	3	—	—	
LADISLAI II. - -	—	1	—	—	
STEPHANI IV. -	—	1	—	—	
BELAE III. - - -	—	10	—	—	
EMERICI - - -	—	2	—	—	

Scrinia	Aur.	Arg.	Aen.	Stan.	Sum.
LADISLAI infantis	—	—	—	—	
ANDREAE II. - -	—	2	—	—	
BELAE IV. - - -	—	4	11	—	
STEPHANI V. - -	—	3	—	—	
LADISLAI *Chuni* -	—	2	—	—	
ANDREAE III. -	—	1	—	—	
Incerti anepigraphi; -	—	14	2	—	
Incerti item cum Inscriptione *Hungariae*.	—	7	—	—	
Regis pro *Slauonia*. -	—	16	—	—	
	—	116	13	—	129
II. WENCESLAI - -	—	2	—	—	
OTTONIS - - -	—	2	—	—	
CAROLI ROBERTI	1	17	—	—	
LVDOVICI M. - -	10	18	—	—	
MARIAE - - - -	3	4	—	—	
CAROLI *Parui* - -	—	1	—	—	
SIGISMVNDI - -	28	11	—	—	
ALBERTI - - -	3	8	—	—	
WLADISLAI I. -	3	7	1	—	
Interregni - - - -	—	1	3	—	
IOANNIS HVNYADI	2	5	—	—	
LADISLAI *Posthumi*	11	8	—	—	
	61	84	4	—	149

Scrinia		*Aur.*	*Arg.*	*Aen.*	*Stan.*	*Sum.*
III.	MATHIAE CORV.	42	39	1	—	
	WLADISLAI II. -	20	32	—	—	
	LVDOVICI II. - -	15	33	1	—	
	IOANNIS ZAPOLYA	10	7	—	—	
		87	111	2	—	200
IV.	FERDINANDI I. -	19	49	4	—	
	MAXIMILIANI - -	11	27	2	—	
	RVDOLPHI - -	22	47	2	—	
		52	123	8	—	183
V.	MATHIAE II. - -	18	46	1	—	
	FERDINANDI II. -	12	35	—	—	
	FERDINANDI III. -	15	40	2	—	
	FERDINANDI IV. -	2	8	—	—	
		47	129	3	—	179
VI.	LEOPOLDI I. -	4	104	17	—	125
VII.	LEOPOLDI I. -	41	82	11	—	
	IOSEPHI I. - - -	9	44	6	—	
		50	126	17	—	193
VIII.	CAROLI III. -	7	122	4	2	135

Scrinia	*Aur.*	*Arg.*	*Aen.*	*Stan.*	*Sum.*
IX. CAROLI III. - -	32	31	8	—	
M. THERESIAE -	10	56	7	—	
	42	87	15	—	144
X. M. THERESIAE -	22	121	—	1	144
XI. M. THERESIAE -	49	137	—	—	186
XII. M. THERESIAE -	—	24	22	—	
IOSEPHI II. - - -	19	80	12	—	
LEOPOLDI II. - -	14	20	—	—	
	33	124	34	—	191
XIII. LEOPOLDI II. -	5	17	—	—	
FRANCISCI I. - -	28	71	19	2	
	33	88	19	2	142

Numi Transiluanici.

XIV. FERDINANDI I.	—	1	—	—	
IOANNIS SIGISM.	9	8	—	—	
STEPHANI BÁTHORY.	1	3	—	—	
CHRISTOPHORI BÁTHORY - -	6	1	—	—	
SIGISMVNDI BÁTHORY - -	14	17	—	—	

Scrinia	*Aur.*	*Arg.*	*Aen.*	*Stan.*	*Sum.*
RVDOLPHI Imp. -	1	4	—	—	
MOYSIS SICVLI -	2	2	—	—	
BASTAE Generalis	1	2	—	—	
STEPH. BOCSKAY	6	8	—	—	
SIGISM. RAKOCZY	3	—	—	—	
GABRIELIS BA-THORY - -	10	16	—	—	
GABRIELIS BETH-LEN - - - -	20	32	1	—	
	73	94	1	—	168

XV. CATHARINAE Brandeburg. -	3	—	—	—	
STEPH. BETHLEN	1	—	—	—	
GEORGII RÁKO-CZY I. Sen. -	7	3	—	—	
GEORGII II. RA-KOCZY Iun. -	9	18	—	—	
ACHATII BARCSAY	3	11	—	—	
IOANNIS KEMÉNY	1	2	—	—	
MICHAELIS APAFY	13	14	—	—	
EMERICI TÖKÖLY	1	2	—	—	
LEOPOLDI I. - -	6	20	2	—	
IOSEPHI I. - - -	4	7	1	—	
FRANCISCI RAKO-CZY - - - -	1	5	3	—	
	49	82	6	—	137

Scrinia	Aur.	Arg.	Aen.	Stan.	Sum.
XVI. FRAN. RAKOCZY - - - -	13	3	13	—	
CAROLI VI. Imp.	18	17	—	—	
M. THERESIAE -	53	28	9	—	
IOSEPHI II. - - -	—	2	2	—	
LEOPOLDI II. -	2	2	—	—	
	86	52	24	—	162
XVII. Miscellanei Antistitum, Belli ducum, Familiarum, etc. -	7	68	26	7	108
Itaque in septem et decem Scriniis continentur vniuersim diuersi metalli Numi - - - -	702,	1768,	193,	12,	2675.

XVIII. Scrinium propterea nullis Numis repletum est, vt in promtu esset locus, quo nouae accessiones imponi possint, quae subsequentes Catalogi partes constituent.

SERIES NVMORVM,

qui in Catalogo Instituti Nationalis Széchényiani 8. Pestini 1807. tipis vulgato describuntur quidem, ab Excellentissimo tamen Fundatore D. Comite FRANCISCO SZÉCHÉNYI Museo Hungarico traditi nondum sunt.

	AV.	*AR.*	*Æ.*	*ST.*	*Summa.*
LVDOVICI II. Numus *duplicatus* describitur *Pag.* 110. sub *Nro.* 13. AR. 1 3/4 Semunc. - - - -	—	1	—	—	
LEOPOLDI I. *duplicatus* describitur *Pag.* 193. *Nro.* 10. AR. pond. 3/4 semunc. - -	—	1	—	—	
EIVSDEM *duplicatus* describitur *Pag.* 213. *Nro.* 58. Primus sub illo numero adductus desideratur, alter sub eodem nu-					

	AV.	*AR.*	*Æ.*	*St.*	*Summa.*
mero descriptus adest AR. 4. semunc.	—	1	—	—	
EIVSDEM *Pag.* 223. *Nro.* 85. indicatus *Duplicatus* Nro. 86. *Pag.* 224 descriptus sub AR. 2. semunc. - - - -	—	1	—	—	
IOSEPHI I. *Duplicatus* adducti *Pag.* 268. *Nro.* 27. AR. 2. 1/2 semunc. - - - - -	—	1	—	—	
CAROLI VI. *Pag.* 319. *Nro.* 122. descriptus St.	—	—	—	1	
MARIAE THERESIAE *Duplicatus* *Pag.* 319. *Nro.* 2. memoratus AV. 3. Ducatorum - -	1	—	—	—	
EIVSDEM *Duplicatus* *Pag.* 399. *Nro.* 209. adductus AR. deest, attamen *St.* sub eodem Numero descriptus adest - - - - -	—	1	—	—	
Summa	1	6	—	1.	8.

In Partis II. Tabula aenea IX. Nro. 4. exhibetur Numus Principis Transiluaniae GEORGII I. RÁKOCZY, cuius pars antica refert iconem Principis cataphracti cum perigraphe GEORG. RÁKO. D. G. P. TRA. postica habet praeter Scutum Gentilitium, ipsius Principatus, et trium Nationum inscriptionem: PAR. REG. HVN. DOM. ET SIC. COMES. 1645. Forma ostendit esse maioris moduli, et Litterae contractae AR. esse argenteum: in Libro tamen non describitur, neque in Cimelio Széchényiano existit.

SPHALMATA,

quae in Descriptionem Numorum irrepserunt.

Parte I.
Pag. 124. Apud FERDINANDVM I. *Nro.* 14. descriptus Numus aeneus idem est, qui *Nro.* 16. adfertur. Quum itaque bis memoretur, Nro. 14. praetermittendus erat.

Pag. 165. Apud FERDINANDVM II. *Nro.* 5. adductus Duplicatus Coronationalis Hungarici non adest, sed illius loco Coronationalis Bohemicus in Collectione omnino existit, qui in Catalogo non adducitur. Eius *Pars aduersa* Corona Bohemiae; infra hanc Littera F. id est: FERDINANDVS. *Auersa* CORONAT. BOHEMIAE. REX. 1617. — Est argenteus minor. moduli.

Pag. 186. Apud FERDINANDVM III. Numus vncialis, seu Thalerus in Catalogo

Nro. 15. indicatus in Scrinio *Nro.* 7. b. est quaerendus.

Pag. 189. *Nro.* 2. adfertur Numus coronationali Hungarico sub *Nro.* 1. descripto similis, sed minor, qui tamen in Collectione non extat; verum praesto est similis Coronationalis Bohemici sub *Nro.* 4. descripti. Eius *Pars aduersa:* Corona Bohemiae intra duos Palmae ramos, infra hanc Littera F. circa quam 1646. Inferius IV. id est: *Ferdinandus IV.* rursus intra duos Palmae ramos. *Auersa*: ARCHIDVX AVSTRIAE CORONAT. IN REGEM BOHEMIAE. Argent. min. mod.

Pag. 190. *et* 191. Apud LEOPOLDVM I. *Nro.* 1. duo Numi adducuntur de homagio Austriae, adest autem duntaxat vnus. Contra vero *Nro.* 5. vnus tantum adfertur, quum tamen duo habeantur. Numi non citati *Pars antica*: LEOPOLDVS HVNGARIAE REX IN REGEM BOHEMIAE CORONATVS 14. SEPTEMB. 1656. Supra hanc Epigraphen: Corona Bohemiae inter duos Palmae ramos. *Postica*: CONSILIO ET INDVSTRIA. Oculus Diuinae Prouidentiae, et humana duo Brachia ex circumfusis nubibus porrecta, vnum Ense, alterum Sceptro

instructum; infra quae Globus coronatus ac Triangulo insignitus, ruentibus vtrinque fulminibus impetitur. Argenteus parui moduli.

Pag. 213. Apud LEOPOLDVM I. *Nro.* 62. Argenteus ponitur Numus, qui aeneus est, vti in Tab. XXXVIII. Fig. 43. conspicitur.

Pag. 222. Apud EVNDEM *Nro.* 83. etiam argenteus deauratus memoratur, sed accuratius ipsum metallum inuestiganti patebit Numum illum esse aeneum, vti etiam Tab. XL. Fig. 63. ostendit.

Pag. 243. Apud EVNDEM *Nro.* 39. annus scribitur 1673. quum tamen Numus annum 1674. exhibeat.

Pag. 265. Apud IOSEPHVM I. *Nro.* 18 adfertur argenteus deauratus, verum Numus hic argenteus non est deauratus, vt inspicienti patet, sed alter aeneus in Catalogo omissus, et in Scrinio sub *Nro.* 18. *b.* positus, formae, tipi, et inscriptionis eiusdem cum Numo illo argenteo, qui in Catalogo sub *Nro.* 18. describitur.

Pag. 312. Apud CAROLVM VI. *Nro.* 163. non est TERTIA PREMISLAICAE STIRPIS *ORIGO*, sed *GLORIA*.

Pag. 332. Apud EVNDEM *Nro.* 6. non est annus 1749. legendus, sed 1740.

Pag. 335. Apud EVNDEM ita quoque *Nro.* 5. *et* 6. non sunt anni 1719. et 1725. sed 1726. et 1728.

Pag. 390. Apud MARIAM THERESIAM *Nro.* 176. Argenteus asseritur Numus, qui aureus est.

Pag. 391. Notandum: numerum 183. in Libro deesse, nec in Scrinio ordinis caussa vllum Numum sub hoc Numero locatum esse.

Pag. 428. Apud MARIAM THERESIAM *Nro.* 37. per errorem duo Numi adferuntur et annus 1760. delendus. Numus enim in Scrinio sub Nro. 37. occurrens habet inscriptum annum 1763.

Pag. 428. *et* 429. Apud EANDEM *Nrus.* 38. bis ponitur. In Scrinio sub vtroque Numero adest Numus argenteus. Differunt in anno cusionis; vnus videlicet est anni 1767. alter 1768.

Pag. 432. Apud EANDEM *Num.* 10. ponitur annus 1763. deberet esse 1762.

Pag. 436. *Poltura* anni 1748. in *Tabula LXXII. Fig.* 137. expressa in Libro non adducitur, in Scrinio tamen adest. Eius *Aduersa* M. THER. D. G. RO. I. GE. HV. BO. REG. Caput Augustae pectore tenus. *Auersa:* Effigies Deiparae cum Sceptro, et Iesulo inter Litteras P. H. id est: *Patrona*

Hungariae, annumque 1748. Inferius POLTVRA.

Pag. 436. Apud EANDEM Poltura *Nro.* 1. anni 1751. in *Tab. LXXII. Nro.* 138. non est expressa, sed alia anno 1752. quae contra in Catalogo non comparet. Interim forma, tipus et inscriptio congruit illi, quae in Catalogo sub *Nro.* 1. adumbratur.

Pag. 436. Apud EANDEM pariter *Poltura* de anno 1758. in Catalogo sub *Nro.* 3. depicta, in *Tabula LXXII.* nuspiam reperitur.

Pag. 439. Apud EANDEM *Denarius Cupreus* anni 1763. in *Tabula LXXIII. Fig.* 147. expressus, et in Scrinio sub *Nro.* 8. a) visibilis in Libro non describitur. Est vero eius *aduersa*: PATRONA HVNGARIAE. Effigies Deiparae coronatae, nimbatae, radiis circumfusae, sedentis cum Sceptro in dextra, et Iesulo in sinistra. *Auersa* M. THERESIA D. G. R. IMP. GE. HV. BO. REG. 1763. Scutum coronatum, in quo est vtrumque Regni Hungariae Insigne.

Pag. 450. Apud IOSEPHVM II. *Numerus* 32. bis est positus, proinde loco 32. in secundo ponendus 33. et loco 33. ponendus 34.

Pag. 456. Apud EVNDEM inter Cupreas Monetas *Num.* 3. loco anni 1782 debet esse 1781. et *Nro* 4. loco 1781. annus 1782.

Pag. 463. Apud LEOPOLDVM II. per errorem comparet *Numerus* 34. sine omni Numo vel citato; vel descripto.

Pag. 450. Apud FRANCISCVM I. *Nro.* 48. et 49. dicitur: *alii duo similes.* Additur Aureus 3/4. ducati. Verum omissus est alter argenteus magnitudine Denarii. *Eius aduersa*: FRANCISCVS ROM. ET AVSTRIAE IMP. Caput laureatum sinistrorsum spectans. *Auersa*: OB. AVSTR. HAER. IMP. DIGNITATE ORNATAM. Laurea ex duobus Palmae ramis facta, in cuius medio sculptum HILARITAS. PVBLICA. VI. ID. DEC. MDCCCIV. *Argent.* magnitudine Denarii.

Parte II.

Pag. 74. Apud LEOPOLDVM I. inter Grossos, Polturas etc. *Nro.* 13. loco *anni eiusdem* ponatur 1703.

Pag. 87. Apud CAROLVM VI. *Nro.* 5. (inter Aureos) loco 1710. ponendus est annus 1719.

Pag. 87. Ita quoque apud EVNDEM *Nro.* 12. loco 1738. legatur 1733.

Pag. 87. Aeque apud EVNDEM *Nro.* 13. annus addendus 1734.

Pag. 90. Apud EVNDEM inter Polturas *Nro.* 2. erratum est in anno: nam loco 1725. scribendus erat 1715.

Pag. 99. Apud MARIAM THERESIAM *Nro.* 15. minus recte designatus est Aureus simplex; quum sit 1/2 Aureus.

Pag. 162. Apud EANDEM *Nro.* 45. in locum anni 1777. substituendus venit 1778.

Parte III.

Pag. 18. Apud BVRGSTALLERVM erratum est in designatione Metalli, quum Numus non sit argenteus, sed duntaxat *stanneus.*

ERRATA,

quae in Tabulis aeri incisis

obseruata sunt.

Parte I.

Tab. LXVII. Nro. 72. loco AR. pone ST. Vide Scrinium X. sub *Nro.* 209.

Parte II.

Tab. I. Non est expressus *Aureus* Catalogi Parte II. pag. 8. qui scilicet est *Nro.* 5. descriptus, quiue in Collectione adest.

Tab. III. Nro. 8. in locum AV. ponendus AR. deauratus.

Tab. V. Icones *Nro.* 10. non debuissent coniungi: nam duorum diuersorum Nummorum, qui in Catalogi Parte II. pag. 32. sub *Nris. 5. et* 8. describuntur, *aduersas* exhibent.

Tab. VI. Nro. 14. loco AR. ponendus est AV.

Tab. XIII. Nro. 12. annus 1705. erronee indicatus est, quum numus sit de anno 1707.

Parte III.

Tab. II. Nro. 9. loco AE. debet poni AR.

Tab. III. Nro. 20 loco AR. substituendus est ST.

Tab. V. Nro. 32. corrigatur AE. et ponatur illius loco AR.

ORDO NVMORVM,

quos Excell. ac Ill. D. Comes Fran. Széchényi de Felsö - Sárvári - Vidék (titt.) etc. etc. superaddidit iis, qui in Catalogo Numorum Hung. et Transil. Instituti Nationalis Széchényiani Pestini 1807. tipis vulgato describuntur.

Ad Hungaricos accessere.

	AV.	AR.	Æ.	*Sum.*
BELAE II. *Pag.* 41. *Nro.* 4. memorato additur similis …………	—	1	—	—
—— Item *pag.* 41. *Nro.* 5. descripto similis	—	1	—	—
Incerto *pag.* 57. *Nro.* 8. descripto addiectus est conformis ………	—	1	—	—
—— *Anepigraphus* nouus in *Scrinii I. Tab. IV. Nro.* 22. impositus				

	AV.	AR.	Æ.	Sum.
Adu. Rex Coronatus, paludatus, Sceptrum tenens, et Leoni insidens. *Auers.* Animal corpore aquilino, capite muliebri coronato *Pag.* 55. post *Num.* 21. inserendus ⋯	—	1	—	—
—— Anepigraphus nouus *Scrinii I. Tab.* 4. *Nro.* 23. impositus *Adu.* Duo Capita coronata se inuicem respicientia. *Auer.* Figura ignoti animalis multum attrita ⋯	—	1	—	—
—— Pro Sclauonia *pag.* 59. *Nro.* 10. descripto similis ⋯	—	1	—	—
LVDOVICI I. descripto *Pag.* 72. sub *Nro.* 6. similis ⋯	—	1	—	—
Pag. 73. *Nro.* 14. descripto conformis	—	1	—	—
MARIAE *Pag.* 74 *Nro.* 1. delineato similis ⋯	—	1	—	—

	AV.	AR.	Æ.	*Sum.*
SIGISMVNDI duo eiusdem formae cum descripto *pag.* 78. *Nro.* 1.	—	2	—	—
ALBERTI perinde duo similes *pag.* 79. *Nro.* 5. *et* 6. descriptis	—	2	—	—
WLADISLAI I. *Pag.* 80. *Nro.* 1. descripto argenteo similis • •	—	1	—	—
Interregni accessit *pag.* 82. *Nro.* 2. descripto similis • • • • • • • • • • • •	—	—	1	—
MATHIAE I. *Aureus* a ceteris omnibus differens per epigraphen: *Auersa*: MOTA MATHIE D. G. VNGARIE Scuta Hung. Boh. Silesiae cum Coruo *Pag.* 91. post *Num.* 41. inserendus	1	—	—	—
—— *Denario pag.* 95. *Num.* 18. descripto similis, sed Siglas habens K. N. • • • • •	—	1	—	—
—— Denario *Pag.* 95. *Nro.* 19. descripto similis, sed cum Siglis L. S. • • • • • • • •	—	1	—	—

	AV.	AR.	Æ.	Sum.
—— Descripto *pag.* 96. *Nro.* 24. Obulo accessit adhuc ·····	—	1	—	—
WLADISLAI II. Denariis *pag.* 106. *Nro.* 8. 9. 10. 11. descriptis ibidem inserendi veniunt septem adhuc alii similes de annis 1505. 1508. 1509. 1510. 1512. 1513. et 1516. ········	—	7	—	—
—— Denario *pag.* 106. *Nro.* 12. adducto accessit similis ···	—	1	—	—
LVDOVICI II. *Aureus* cursiuus de anno 1521. cum siglis K. A. inserendus post *Num.* 5. *pag.* 111. alias talis, qualis ibidem sub eodem Numero commemoratur ···	1	—	—	—
—— *Deuarius* de anno 1526. habens Siglas ATL. V. referendus post *Num.* 14. *pag.* 113. vbi huic similis depingitur ····	—	1	—	—

	AV.	AR.	Æ.	Sum.
FERDINANDI I. *Denarii* quatuor de annis 1532. 1535. 1543. et 1555. adiiciuntur ad *Num.* 13. 14. et 15. *pag.* 148. vbi similes his describuntur ··········	—	4	—	—
RVDOLPHI* *Thalerus* de an. 1590. *pag.* 148. post *Num.* 6. ponendus, vbi alter de alio anno huic similis adumbratur ···	—	1	—	—
—— Duo *Semisses Thalerorum* de annis 1588. et 1601. qui pertinent ad *pag.* 148. ante *Num.* 12. similes Semissi ibidem memorato ···	—	2	—	—
—— *Quadrans Thaleri* de an. 1587. circulo crassiori zonam imitante, in margine ornatus *pag.* 149. post *Num.* 13. locandus. Est vero in reliquo similis il-				

	AV.	AR	Æ.	*Sum.*
li, qui sub eodem numero, ac eadem pagina ibidem describitur	—	1	—	—
MATHIAE II. *Denarii pag.* 164. plures, sed non determinato numero adferuntur, traditi vero sunt ..	—	12	—	—
FERDINANDI II. *Denarii* quatuor *pag.* 175. *Nro.* 2. inserendi de annis 1623. 1626. 1627. et 1629. non differunt a Denario, qui eadem pag. et num. delineatus est	—	4	—	—
—— *Pag.* 176. *Num.* 4. occurrunt descriptiones diuersorum Denariorum sine certo numero, traditi autem sunt	—	5	—	—
—— *Obulo* descripto *pag.* 176. *num.* 5. additus est adhuc similis ..	—	1	—	—
LEOPOLDI I. Aeneus in memoriam recepti Castri Érsek-Viuáriensis				

	AV.	AR.	Æ.	*Sum.*
Adu. Caput Leopoldi laureatum cum inscriptione: LEOPOLDVS MAGNVS ROM. IMP. P. P.				
Auer. Repraesentatio Oppugnationis cum hac epigraghe: NVHVSIVM VI RECVPERATVR A LEOPOLDO I. 12/9 AVG. A 1685. inserendus *pag.* 202. post *Num.* 31. · · · ·	—	—	1	—
—— Numo de recuperata Buda *pag.* 205. *Num.* 40. descripto accessit alter etiam ex aere · · · · · · · · · ·	—	—	1	—
—— Numus cusus in memoriam S. Crucis Viennae Turri S. Stephani impositae *Adu.* † VOR DEM IN WIENN: VON ST. STEPHAN THVRN ABGENVMEN *) WVRDD. A. ZIGS				

	AV.	AR.	Æ.	Sum.
ZEICHEN DES H: CREVZES AVFGESEZT DEN 31. OCTOBER 1687. *Auer.* IN HOC SIGNO VINCEMVS VIVEMVS. Aquila imperialis vno pede Sceptrum, altero ensem tenens. Intra duo Aquilae capita stat Crux duplicata. Inserendus *pag.* 214. post *num.* 64. ++++	—	1	—	—
—— Numo *pag.* 218. *num.* 13. descripto accessit alter ex aere	—	—	1	—
—— *Pag.* 230. post *Num.* 98. ponendus est Numus argenteus in memoriam extructae arcis Schönbrunn cusus *Adu.* exhibet Arcem Schönbrunn, et annum 1700. *Auer.* Gladius laurea circumuolutus, et oculus Dei radians				

	AV.	AR.	Æ.	Sum.
cum epigraphe AMORE ET TIMORE.				
—— *Pag.* 355. *Nro.* 2. adducuntur LEOPOLDI I. diuersae Polturae, traditae sunt …	—	3	—	—
—— Ad Cruciferum argenteum pag. 255. *Nro.* 4. descriptum additus est adhuc	—	1	—	—
—— *Pag.* 256 *Nro.* 2. memorantur Denarii varii, traditi sunt	—	5	—	—
—— *Pag* 256 *Num.* 4. est sermo de diuersis Obulis, quorum sunt …	—	3	—	—
IOSEPHI I. *pag.* 265. *Num.* 18. adfertur descriptio numi Coronationalis in Regem Romanorum argentei deaurati: at contra obseruatum est, fuisse traditum argenteum vnum et alterum ex aere, qui				

	AV.	AR.	Æ.	*Sum.*
omnino auro eleganter obductus est ···	—	—	i	—
— Numus de Italia subacta argenteus accessit. *Adu.* Eugenii Principis Effigies cum epigraphe: EVGENIVS FRANC. DVX SAB. S. C. M. GENER. GVBER. MEDIOL. *Auers.* Praeter symbolicas figuras Inscrip. GENIO TVTELARI ITALIAE. Infra: SABAVD. LIBERAT. MEDIOLAN. RESTITVT. DVCE. AVRELIAN. CVM EXERC. FVGATO. 1706. *Pag.* 720. *Nro.* 32. inserendus ··········	—	1	—	—

CAROLI VI. item Numus accessit, cuius

Adu. habet effigiem *Caroli VI.* Imperatoris cum Inscript.

	AV.	AR.	Æ.	Sum.
CAROLVS VI. RO. IMP. DVX BRABANTIAE. CELAND. *Auer.* repraesentat Aquilam, quae vno pede Scutum Austriacum, et Sceptrum, alio autem fulmina tenet cum epigraphe: soLe VeL aDVerso sanCtIssIMa IVra tVebor. locandus *pag.* 313. post *Num.* 107.	—	1	—	—
MARIAE THERESIAE Coronationali Hungarico *pag.* 343. *Nro.* 25. descripto conformis alter ex argento ··········	—	1	—	—
—— In obitum *Francisci* Imp. *pag.* 379. *Num.* 144. descripto similis, sed minor ···	—	1	—	—
—— Item *pag.* 392. *Num.* 186. alter ex aere	—	—	1	—
FRANCISCI duo Aurei currentes de an. 1760.				

AV. AR. Æ. *Sum.*

et 1765. *pag.* 419. *Num.* 48. et 49. additi sunt

Aduersa: aurei de. a. 1760. FRANC. D. G. R. I. S. A. GE. IER. R. LO. B. M. H. D. Protome *Francisci* pectore tenus paludati, loricam squameam induti cum aureo Vellere, capite laureato. *Inferius* sunt Litterae I. L. CL.

Auersa: Aquila nimbata coronata, alis expansis, vno pede Sceptrum, altero ensem tenens, in pectore habens Scutum coronatum aureo vellere cinctum, in quo sunt Insignia Lotharingiae, et Hetruriae. *Inferius*: LEGE VINDICE. S. S. (N.) I. M. F.

- Aurei de anno 1765.

AV. AR. Æ. *Sum.*

Aduersa: FRANC. D. G. R. I. S. A. GERM. IER. REX. Caput *Francisci* laureatum pectoretenus cum paludamento, et aureo Vellere. *Inferius*: Littera F.

Auersa: TV DOMINE. SPES. MEA. 1765. Aquila biceps nimbata coronata alis expansis vno pede Sceptrum, altero gladium tenens, in pectore habens Scutum coronatum, aureo vellere cinctum; in quo sunt Insignia Lotharingiae et Hetruriae. *Inferius*: Litterae G. K. W. I. 2 — — —

MARIAE THERESIAE Thalerus *Ducaton* dictus de an. 1754. in valore 2. fl. 32. xr. *Pag.* 424. post *Num.* 21½ locandus: Eius

Aduersa: MAR. TH.

AV. AR. Æ. *Sum.*

D. G. R. IMP. G. HVNG. BOH. R. Protome Augustae pectore tenus. Inferius Littera R.

Auersa: ARCH. AVS. DVX. BVRG. BRAB. C. FL. 1754. Scutum coronatum, in quo sunt Insignia Hung. Boh. Austr. Burgund. Brabant. et Mediolani. ++++ — 1 —

—— Thalerus coronatus seu *Cron - Thaller* Belgicus de an. 1765. in valore 2. fl. 16. xr. *pag.* 424. post *Num.* 21. ponendus; cuius

Aduersa: MAR. THERESIA D. G. ROM. IMP. GERM. HVNG. BOH. REG. Crux magna Burgundica, ad cuius quatuor angulos stant totidem Coronae, scilicet Imp. Germ. Hung. Boh.

AV. AR. Æ. *Sum.*

Auersa: Aquila biceps coronata, nimbata, alis expansis, pedibusque, in pectore ornata Scuto coronato, in quo sunt Insignia Hung. Boh. Austr. Burgund. Braban. et Mediolani. cum inscriptione: ARCH.AVST.DVX BVRG.BRAB.COM. FLAND. 1765. ++ — 1 —

—— *Thalerus Mediolanensis* de an. 1778. in valore 1. fl. 56. xr. ibidem inserendus.

Aduersa: M. THERESIA. D. G. R. IMP. HV. BO. REG. A. A. Caput Augustae pectoretenus.

Auersa: MEDIOLANI DVX. 1778. Scutum coronatum, in quo Insignia Mediolani, Mantuae, et fascia Austriae +++++ — 1 —

AV. AR. Æ. *Sum.*

— *Semissis* Thaleri coronalis, seu Belgici de an. 1769. in valore 1. fl. 8. xr. *pag.* 427. post *num.* 29. addendus.

Aduersa: MAR. THERESIA. D. G. R. IMP. GER. HVNG. BOH. REG. Crux magna Burgundica, cuius quatuor angulos intercipiunt totidem Coronae, Imp. Germ. Hung. et Boh.

Auersa: ARCH. AVST. DVX.BVRG.BRAB. COM. FLAND. 1769. Aquila biceps coronata nimbata alis expansis, in cuius pectore Scutum coronatum, continens Insignia Hung. Boh. Aust. Burgund. Braban. et Mediolani. — 1 —

— Est etiam *pag.* 427. *num.* 29. addend. *Semissis* Thaleri co-

ronati a *Francisco* an. 1756. percussi.
Aduersa: FRANCIS. D. GRATIA. ROMAN. IMPERAT. S. A. Aquila biceps nimbata coronata, habens in pectore Scutum coronatum, in quo est Insigne maius Lotharingiae.
Auersa: GERM. IERO. REX. LOTH. BAR. MAG. HET. DVX. 1756. Crux magna Burgundica, inter cuius latera Coronae Imper. Germ. Ierosolim. ++++++++++ — 1 —

—— *Medius Florenarius* cusus a *M. Theresia*, inserendus *pag.* 429. post *num.* 42. cuius
Aduersa: MARIA THERESIA. D. G. R. I. GE. HV. BO. REG. CaputM.Theresiae pectoretenus

AV. AR. Æ. *Sum.*

cum paludamento.
Inferius: 30.
Auersa: AR. AVST. DVX.BVRG.COM. TYR. 1765. Aquila biceps nimbata coronata alis expansis, in cuius pectore eminet Scutum coronatum cum Insignibus Hung. Boh. Aust. Burgund. Tyr. — 1 —

—— Eiusdem alter *medius Florenarius* ibidem inserendus, cum Aquila, in cuius pectore visitur Insigne Austriae de an. 1768. cum Siglis I. C. S. K. in reliquo non differt a priori.

—— Quadrans Thaleri *Ducaton* dicti de an. 1752. in valore 38. xr. inserendus *pag.* 429. sub *num.* 44. cuius

Aduersa: MAR. TH. D. G. R. IMP. G.

AV. AR. Æ. *Sum.*

HVNG. BOH. R. Caput Augustae pectoretenus.

Auersa: ARCH. AVS. DVX BVRG.BRAB. C. FL. 1752. Scutum coronatum, in quo sunt Insignia Hung. Boh. Austr. Burgund. Brab. et Mediolani. ++++++++ — 1 —

— *Vicenarius* de an. 1756 locandus *pag.* 431. *num.* 10. cuius

Aduersa: M. THERESIA D. G. R. IMP. GE. HV. BO. REG. Caput Augustae pectoretenus in Laurea ex duobus palmae, laurique ramis facta.

Auersa: ARCH. AVS. DVX. BVRG. SI. M. MO. 1756. Aquila biceps coronata nimbata alis expansis, habens in pectore Scutum coronatum cum Insigni

	AV.	AR.	Æ.	*Sum.*
Bohemiae. Infra pedes Aquilae basis cum inscripto numero 20. exornata palmae, laurique ramo.	—	1	—	
—— Huic additi adhuc sunt tres de annis 1764. 1776. et 1778. *pag.* 431. sub *num.* 11. 12. 13. ponendi, similes fere prius descripto, in eo duntaxat differunt, quod primi duo in Inscriptione Auersae non habeant SI. M. M. sed COM. TYR. Primus habet Insigne Austriae, secundus Tyrolis, tertius vero eandem cum descripto habet epigraphen, idem Insigne nempe Bohemiae, sed inferius in Auersa sunt Litterae EVS. I. K.	—	3	—	
—— *Francisci* Vicenarius de anno 1765. locandus *pag.* 431.				

AV. AR. Æ. Sum.

sub *Num.* 14. et 15.
Aduersa: FRAN. D. G. R. IMP. S. A. GE. IER. REX. LO. B. M. H. D. Caput Augusti laureatum pectoretenus cum paludamento, et Ordine aurei Velleris, inclusum laurea ex duobus lauri, palmaeque ramis facta. Infra pectus Litterae B. P.
Auersa: IN TE DOMINE SPERAVI. 1765. Aquila biceps coronata, nimbata, alis expansis, vno pede ensem, altero Sceptrum tenens, in cuius pectore Scutum coronatum aureo Vellere cinctum ostentat Insignia Lotharingiae, et Hetruriae. Sub pedibus est Aquilae basis cum inscripto nume-

	AV.	AR.	Æ.	*Sum.*
ro 20. palmae, laurique ramo distincta, in latere Litterae S. K. P. D.	—	1	—	
—— Adest quoque alter *Vicenarius* de eodem anno 1765. priori simillimus, vnice in eo discrepans, quod loco Litterarum B. P. habeat B. I.	—	1	—	

M. THERESIAE *Marianus Bohemicus* de anno 1751. *pag.* 432. post *num.* 10. ponendus. *Aduersa*: M. THERESIA. D. G. R. I. GE. HV. BOH. REG. Caput Augustae pectoretenus cum paludamento. ARCH. AVST. DVX. BV. S. M. MO. 1751. Aquila biceps nimbata coronata alis expansis, habens in pectore Scutum coronatum cum Insigni Bo-

AV. AR. Æ. *Sum.*

hemiae. Inferius est numerus XVII. ... — 1 —

—— *Marianus* Francisci de an. 1750. *pag.* 432. post *num.* 10. inserendus.

Aduersa: FRANC. D. G. R. I. S. A. GE. IER. R. LO. B. M. H. D. Caput Augusti laureatum pectoretenus cum paludamento, et aureo Vellere.

Auersa: IN TE. DOMINE SPERAVI. 1750. Aquila biceps nimbata coronata, alis expansis, vno pede Sceptrum, altero ensem tenens, in pectore gerit Scutum coronatum, aureo vellere cinctum, in quo sunt Insignia Lotharingiae, et Hetruriae, infra pedes Aquilae numerus

	AV.	AR.	Æ.	*Sum.*
XV. loco XVII. et Litterae K. B. ++++	—	1	—	
—— Alter huic similis est de an. 1752. aeque ibidem inserendus, qui tamen inferius nullas habet Litteras, numerumque expressum XVII. ++	—	1	—	

M. THERESIAE *Decenarii* Bohemici de anno 1760. et 1765. ad vnguem sibi inuicem similes *pag.* 434. post *num.* 5. ponendi.

Aduersa: M. THERESIA. D. G. R. IMP. GE. HV. BO. REG. Caput Augustae pectore tenus inclusum Laurea, ex palmae laurique ramo composita.

Auersa: ARCH. AVS. DVX. BV. SI. M. MO. 1760. Aquila biceps coronata, nimbata, alis expansis, in cuius pectore

AV. AR. Æ. *Sum.*

Scutum eminet coronatum cum Insigni Bohemiae. Infra pedes Aquilae est basis numero 10. intra lauri, palmaeque ramum exornata .... — 2 —

—— *Austriacus Decennarius* de an. 1779. inserendus *ibidem*:

Aduersa: M. THERESIA D. G. R. IMP. HV. BO. REG. Caput Augustae pectoretenus cum paludamento, cinctum Laurea, ex palmae, laurique ramulis composita.

Anersa: ARCHID. AVST. DVX. BVR. CO. TYR. 1779. Aquila biceps nimbata, coronata, in pectore ornata Scuto coronato, quod Austriae Insigne praefert; infra pedes Aquilae viden-

AV. AR. Æ. *Sum.*

tur Litterae C. A. et numerus 10. Circulo inclusus ex palmae, laurique ramis. — 1 —

— *Decennarius Francisci* de anno 1757. inserendus *pag.* 434. post *num.* 5. cuius

Aduersa: FRANC. D. G. R. IMP. S. A. GE. IER. REX. LO. B. M. H. D. Caput Augusti laureatum pectoretenus inclusum Laurea ex palmae, laurique ramis confecta.

Auersa: IN TE DOMINE SPERAVI. 1757. Aquila biceps nimbata coronata alis expansis, vno pede Sceptrum, altero ensem tenens, habensque in pectore Scutum coronatum aureo Vellere cinctum cum Insignibus Lotharingiae,

	AV.	AR.	Æ.	*Sum.*
et Hetruriae. Infra pedes Aquilae basis cum inserto numero 10. palmae, laurique ramo exornata ...	—	1	—	
M. THERESIAE *Septennarius* de an. 1741. cuius *Aduersa*: MAR. THERESIA. D. G. REG. HVNG. BOH. Caput Augustae pectoretenus cum paludamento. *Auersa:* ARCH. AVST. DVX. BVRG. COM. TYR. 1741. Scutum coronatum, in quo sunt Insignia Hung. Boh. Burgund. et Tyrolis. Inferius numerus VI. Circulo circumdatus	—	1	—	
—— *Septennarius* Bohemicus de an. 1747. *Aduersa*: MAR. THERESIA. D. G. REG. HVNG. BOH. Caput Augustae pectoretenus cum paludamento.				

AV. AR. Æ. *Sum.*

Auersa: ARCHID. AVS. DVX. BVRG. COM. TYR. 1747. Aquila biceps nimbata, coronata, alis expansis, habens in pectore Scutum córonatum, in quo est Insigne Bohemiae. Infra pedes Aquilae numerus VI. locandus *pag.* 434. post *num.* 7. ········· — 1 —

—— *Quinarii* duo Burgouici de an. 1772. *pag.* 434. *num.* 9. *et* 10. locandi.

Aduersa: M. THERESIA. D. G. R. IMP. HV. BO. REG. Caput Augustae pectoretenus cum paludamento inclusum laureae confectae ex lauri palmaeque ramulis.

Auersa: ARCHID. AVS. DVX. BVRG. COM. TYR. 1772.

AV. AR. Æ. Sum.

Aquila biceps nimbata, coronata, alis expansis, habens in pectore Scutum coronatum cum Insigni Burgouiae, infra pedes Aquilae numerus 5. Circulo inclusus ex palmae laurique ramis ++++ — 1 —

—— *Grossus Francisci I.* de an. 1757. inserendus *pag.* 436. post *num.* 15. cuius

Aduersa: FRAN. D. G. R. I. S. A. GER. IER. REX. Caput Augusti laureatum pectoretenus cum paludamento.

Auersa: IN TE DOMINE SPERAVI. 1757. Aquila biceps nimbata, coronata, alis expansis, vno pede Sceptrum tenens, altero ensem, in pectore Scutum coronatum aureo Vel-

	AV.	AR.	Æ.	*Sum.*
lere cinctum, eminet Insignibus Lotharingiae, et Hetruriae; infra pedes Aquilae Litterae N. B. uumerus 3. ++++	—	1	—	
M. THERESIAE duae *Polturae* perfecte similes de an. 1748. et 1751. *pag.* 436. inserendae ante *Num.* 1.				
Aduersa: M. THER. D. G. RO. I. GE. HV. BO. REG. Caput Augustae pectoretenus cum paludamento.				
Auersa: Effigies Deiparae cum Sceptro, et Iesulo inter Litteras P. H. K. B. et annum 1748. vel 1751. inferius POLTVRA ++++++++++	—	2	—	
—— *Crucifer Francisci* argenteus de anno 1756. inserendus *pag.* 437. post *num.* 7.				

AV. AR. Æ. *Sam.*

Aduersa: FRANC. D. G. R. I. S. A. GE. IFR. REX. Caput Francisci Imp. pectoretenus cum paludamento, et aureo Vellere.

Auersa: IN TE DOMINE SPERAVI. 1756. Aquila biceps coronata nimbata, alis expansis, vno pede Sceptrum, altero ensem tenens, in pectore gerit Scutum coronatum cum Insignibus Lotharingiae, et Hetruriae.. — 1 —

M. THERESIAE *Denarius argenteus* de anno 1746. perfecte similis illi, qui *pag.* 437. *Num.* 1. sub Denariis describitur, ac ideo ibidem ante *num.* 1. inserendus. — 1 —

—— *Media Poltura* de an. 1760. inserenda *pag.* 438. post *num.* 2.

	AV.	AR.	Æ.	Sum.
Aduersa: Scutum coronatum, in quo existunt Insignia Bohemiae, Tyrolis, et Carniolae sine Inscriptione. ·······	—	—	1	
Auersa: EIN GRESCHL. 1760.				
—— *Crucifer* de an. 1761. duplicatus inserendus *pag.* 438. post *num.* 3. ·········	—	—	1	
M. THERESIAE Crucifer Burgouiensis de an. 1772. inserendus *pag.*439. post *num.*4.				
Aduersa: M. THERESIA D. G. R. I. HV. BO. REG. A. A. M. BVRG. Scutum coronatum cum Insigni Burgouiae.				
Auersa: EIN KREVTZER. 1772. ····	—	—	1	
—— *Crucifer Francisci* de an. 1761. et 1762. vnus alteri ex toto similis, locandi *pag.* 439. post *Num.* 4.				

	AV.	AR	Æ.	*Sum.*
Aduersa: FRANC. D. G. R. I. S. A. GE. IER. REX. Caput Imperatoris laureatum pectoretenus cum aureo Vellere. *Auersa*: EIN KREVTZER 1761. N. B.	—	—	2	
M. THERESIAE $\frac{1}{4}$. *Crucifer Austriacus* de anno 1759. *Aduersa*: M. THERES. D. G. R. I. GE. HV. BO. REG. Caput Augustae pectoretenus. *Auersa*: Scutum coronatum, in quo Insigne Austriae. Inferius cordi incisus numerus 1. et annus 1759. Huic affinis est alter de an. 1764. sed Siglas habens C. A. Inserendi *pag.* 439. post *Num.* 7.	—	—	2	
—— *Francisci Imp.* $\frac{1}{4}$. *Cruciferi* de anno 1759. locandus *ibidem*.	—	—	1	

	AV.	AR.	Æ.	Sum.
M. THERESIAE $\frac{1}{8}$. *Crucifer* de an. 1749. *ibidem* inserendus. *Aduersa*: M. THER.D. G. R. I. G. H. B. R. A. AVS. Caput Augustae pectoretenus. *Auersa*: EIN PFENNING 1749. W. ••	—	—	1	
—— *Medius Denarius* de an. 1767. *ibidem* post *Num.* 8. ponendus. Est enim perfecte similis Denario, qui *pag.* 439. sub *Num.* 8. adumbratur ••••	—	—	1	
—— 1 *Soldo* pro Foro Iulio de an. 1762. et 1769. inserendi *ibidem* sub *Num.* 9. *Aduersa*: Scutum coronatum cum Insigni Fori Iulii. *Auersa*: 1. *Soldo* 1762. O. G. mutatis annis, sibi similis ••••	—	—	2	
—— $\frac{1}{2}$. *Soldo* de anno 1777. aeque ibidem *Num.* 9. ponendus.				

AV. AR. Æ. Sum.

Aduersa: M. THER. D. G. R. I. H. B. R. A. A. D. MED. Scutum coronatum referens Insigne Ducatus Mediolanensis.
Auersa: MEZZO SOLDO 1777. ++++++++ — — 1

—— 1. *Schilling* pro Gallicia et Lodomeria de anno 1774. *ibidem*, *Nro.* 10. ponendus.
Aduersa: I. SCHILLING. anni 1774.
Auersa: Scutum habet coronatum cum InsignibusGalliciae, Lodomeriae et Austriae ++++++++++++ — — 1

IOSEPHI II. *Thalerus coronatus* seu Belgicus de an. 1785. referendus ad *Num.* 9. *pag.* 454.
Aduersa: IOSEPH. II. D. G. R. IMP. S. A. GER. HIER. HVNG. BOH. REX. Caput Augusti laureatum pectoretenus.

AV. AR. Æ. Sum.

Auersa: ARCH. AVST. DVX. BVRG. LOTH. BRAB. COM. FLAN. 1785. Crux magna Burgundica habens ad tres angulos totidem Coronas, ex quarto dependet aureum Vellus ..... — 1 —

— Est item alter huic similis de anno 1788 pertinens ad *Num.* 10. *pag.* 454. ..... — 1 —

— *Mediolanensis* de an. 1785. ad *pag.* 454. *Num.* 11.

Aduersa: IOSEPH. II. D. G. R. IMP. S. AVG. G. H. ET. B. REX. A. A. Caput Imperatoris laureatum pectoretenus.

Auersa: MEDIOLANI ET MANTVAE DVX. Scutum coronatum palmae, laurique ramo exornatum, in quo sunt Insignia Mediolani,

	AV.	AR.	Æ.	Sum.
Austriae, et Lotharingiae. Inferius Litterae L. B. ++++++	—	1	—	
— *Medii Thalleri Belgici* de an. 1789. et 1790. adnotandi *pag.* 455. sub *Num.* 5. et 6. inter se in omnibus similes.				
Aduersa: IOSEPH. II. D. G. R. I. S. A. GER. HIER. HVNG. BOH. REX. Caput Iosephi laureatum pectoretenus, inferius Littera A.				
Auers. ARCH. AVST. DVX. BVR. LOTH. BRAB. CO. FLAN. 1789 Crux maior Burgundica, ad cuius tres angulos sunt totidem Coronae, ex quarto pendet Vellus aureum. ++++++	—	2	—	
— *Medius Thalerus Mediolanensis* de an. 1783.				
Aduersa: IOSEPH. II.				

AV. AR. Æ. *Sum.*

D. G. R. IMP. S. AVG. G. H. ET B. REX. A. A. Caput Augusti laureatum pectoretenus.

Auersa: MEDIOLANI ET. MANT. DVX. 1783. Scutum coronatum palmae laurique ramo decoratum cum Insignibus Mediolani, Austriae, et Lotharingiae. Inferius Litterae L. B. spectat ad *pag.* 455.

Num. 7. .... — 1 —

— *Quadrans* Thaleri Belgici de an. 1788.

Aduersa: IOSEPH. II. D. G. R. I. S. A. GER. HIE. HVNG. BOH. REX. Caput Iosephi laureatum pectoretenus; inferius Littera B.

Auersa: ARCH. AVST. DVX. BVR. LOTH. BRAB. CO. FLAN. 1788. Crux maior

AV. AR. Æ. *Sum.*

Burgundica, ad cuius tres angulos totidem Coronae, ex quarto pendet Aureum Vellus.
Hunc excipit similis de anno 1789. Vterque ponendus *Pag.* 455. sub *Num.* 8. et 9. — 2 —

— *Medius Florenarius Austriacus* de an. 1768. illocandus *pag.* 455. *num.* 10.

Aduersa: IOSEPH. II. D. G. R. I. S. A. GE. REX. A. A. LO. ET M. H. D. Caput Imperatoris est laureatum pectoretenus paludati, loricati, cum aureo Vellere Quadrato rectangulari inclusum. Inferius numerus 30.

Auersa: VIRTVTE. ET EXEMPLO. 1768. X. Aquila biceps nimbata, coronata, alis expansis,

vno pede Sceptrum, altero Globum crucigerum sustinens, in pectore gerens Scutum coronatum, aureo vellere cinctum cum Insignibus Austriae, et Lotharingiae, inclusum quadrato rectangulari. Infra pedes Aquilae Litterae I. C. S. K.

— *Vicennarii* vndecim ad *pag.* 455. referendi de diuersis annis, ac quidem:

a). de anno 1773.

Aduersa: IOSEPH. II. D. G. R. I. S. A. GE. REX. A. A. LO. ET. M. D. H. Caput Augusti laureatum pectoretenus paludati, loricati, serto ex palmae, laurique ramis inclusum. Inferius Littera B.

Auersa: VIRTVTE. ET. EXEMPLO. 1773. X. Aquila biceps coronata, nimbata, alis expansis, vno pede Sceptrum altero Globum Crucigerum tenens, in pectore habens Scutum coronatum aureo Vellere cinctum cum Insigni Austriae et Lotharingiae. Ex latere Aquilae Litterae E. V. M. D. Inferius num 20. parmula interceptus cum ornamento lauri, atque palmae.

b). de anno 1780. priori similis, duntaxat in Litteris H. S. differens.

c). de an. 1781.

Aduersa: IOSEPH.II.D. G.R.I.S.A.GERM. HV. BO. REX. Caput Imperatoris lau-

reatum pectoretenus, serto ex palmae, laurique ramulis composito. Inferius Littera A.

Auersa: ARCH. AVST. D. BVRG. LOTH. M. D. HETR. 1781. X. Aquila biceps nimbata coronata, alis expansis, vno pede Sceptrum, altero Globum crucigerum ostentans, habensque in pectore Scutum coronatum, aureo Vellere cinctum, in quo Insigne Austriae, et Lotharingiae, inferius num. 20. parmulae inclusus; palmae, laurique ramo ornatus est.

d). de ân. 1782.

Aduersa: IOS. II. D. G. R. IMP. S. A. G. H. B. REX. Caput Augusti laureatum pectoretenus palu-

dati, loricati cum aureo Vellere, circumdatum serto ex palmae, laurique ramo. Inferius Littera B.

Auersa: ARCH. A. D. B. LOTH. M. D. H. 1782. X. In reliquo similis priori.

e). de anno 1783. in nullo abludens a Vicenario sub *c*).

f). de anno 1784. differt duntaxat in Littera B. a Vicenario anni 1781.

g). de an. 1785. affinis descripto sub *c*).

h). de anno 1786. discriminatur per Litteram B. a Vicenario anni 1781.

i). de anno 1787. aeque tantum per Litteram B. distinquitur a Vicenario sub *c*).

k). de anno 1788.

AV. AR. Æ. *Sum.*

concordat alias cum Vicenario anni 1781 nisi, quod Litteram F. habeat.

l) de annó 1790. perinde, si litteram G. excipias, similis Vicenario, qui sub *c*). memoratur. ••• — 11 —

Decenarii tres de an. 1770. 1787. et 1790. ad *pag.* 455. *Num.* 1. 2. 5. referendi, exceptis annis, in toto similes.

Aduersas: IOSEPH. II. D. G. R. I. S. A. GE.REX. A.A. LO. ET M. H. D. Caput Iosephi Imp. laureatum, paludati, loricati cum aureo Vellere, inclusum Laureae ex palmae, laurique ramo. Inferius Littera A.

Auersa: VIRTVTE. ET EXEMPLO. 1773. X. Aquila bi-

ceps nimbata, coronata, alis expansis, habens in pectore Scutum coronatum, aureo Vellere cinctum, in quo Insigne Austriae, et Lotharingiae, vno pede Sceptrum, altero Globum crucigerum sustinet. Infra pedes Aquilae Litterae C. K. et num. 10. ex palmae, laurique ramulis confectae permulae inclusus. ++ — 3 —

—— *Quinarii* duo de an. 1790. *pag.* 455. *num.* 6. et 7. inserendi.

Aduersa: IOS. II. D. G. R. I. S. A. GE. HV. BO. REX. Caput Augusti laureatum pectoretenus inclusum serto ex palma, et lauro confecto. Inferius Littera A.

Auersa: ARCH. AVS. D. BVRG. LOTH.

M. D. HET. 1790.
X. Aquila biceps nimbata coronata, alis expansis, vno pede Sceptrum, altero Globum crucigerum tenens, habensque in pectore Scutum coronatum cum aureo Vellere, cui Insignia Austriae, et Lotharingiae inscripta sunt. Inferius numerus 5. parmula ex palmae, laurique ramulis interceptus est ········· — 2 —

— *Grossus argenteus* de an. 1773. *pag.* 456 ante *num.* 1. locandus.
Aduersa: IOS. II. D. G. R. I. S. A. GE. HV. BO. R. M. H. D. Caput Augusti laureatum pectoretenus paludati loricati. Inferius littera B. quae foramine pertusa est.

Auersa: VIRTVTE ET EXEMPLO. 1773. Aquila biceps nimbata coronata, alis expansis; vno pede Sceptrum, altero ensem gerens. Inferius est parmula aureo Vellere ornata, in qua num. 3. visitur. Infra pedes Aquilae stant Literae E. V. M. D. +++ — 1 —

—— *Cruciferi* de an. 1774. et 1775. *pag.* 456. ante *num.* 1. ponendi.

Aduersa: IOS. II. D. G. R. I. S. A. GER. IER. REX. Caput Imperatoris laureatum pectoretenus cum aureo Vellere.

Auersa: EIN KREVTZER. 1774. S.

Vterque Cupreus est, et in omnibus sibi correspondent. — — 2

—— *Media Poltura* cu-

AV. AR. Æ. Sum.

prea, seu *Gröschel* de an. 1782. spectat ad *pag.* 456. post *num.* 2.

Aduersa: Scutum coronatum, in quo habentur Insignia Bohemiae, Tyrolis, Carnioliae.

Auersa: EIN GROESCHEL. 1782. A. inter palmae, laurique ramulos. .... — — 1

—— *Medius Crucifer* de an. 1775. inserendus *pag.* 456. ante *num.* 3. differt a ½. Crucifero ibidem descripto per id, quod loco B. habeat Litteram S. .... — — 1

—— ¼. *Crucifer* de an. 1777. ponendus *pag.* 456. ante *num.* 4.

Aduersa: IOS. II. D. G. R. I. S. A. GER. IER. REX. Caput Imperatoris pectoretenus.

	AV.	AR.	Æ.	Sum.
Auersa: $\frac{1}{4}$. KREVTZER 1777. S.	—	—	1	
—— 1 *Soldo* pro Foro Iulio de anno 1788. pertinet ad *pag.* 456. *num.* 5. *Aduersa*: 1 SOLDO 1788. *Auersa*: Scutum coronatum cum Insigni Fori Iulii	—	—	1	
—— $\frac{1}{2}$. *Soldo* pro Foro Iulio de anno 1788. aeque pertinens ad *pag.* 456. *num.* 6. *Aduersa*: $\frac{1}{2}$. SOLDO 1788. K. *Auersa*: Scutum coronatum cum Insigni Fori Iulii.	—	—	1	
LEOPOLDI II. *Thalerus* coronatus Belgicus de an. 1792. referendus ad *pag.* 467. *num.* 7. *Aduersa*: LEOPOLD. II. D. G. R. I. S. A. GER. HIE. HVNG. BOH. REX. Caput				

	AV.	AR.	Æ.	Sum.
Leopoldi laureatum pectoretenus. Inferius Littera M. *Auers.* ARCH.AVST. DVX.BVRG.LOT. BRA.CO. FLAND. 1892. Crux magna Burgundica, ad cuius tres angulos stant totidem Coronae, ex quarto pendet aureum Vellus. +++++	—	1	—	
FRANCISCI Numus in memoriam M.THERESIAE Reginae Budae an. 1792. coronatae cusus argenteus *pag.* 472. *num.* 16. adducto simillimus, sed minor. ++	—	1	—	
—— *Aureus* in memoriam LVDOVICAE Reginae an. 1808. Posonii coronatae, referendus ad *pag.* 480. *Num.* 51. *Aduersa:* RECTE ET CANDIDE Lilium erectum.				

	AV.	AR.	Æ.	Sum.
Auersa: MARIA LVDOVICA AVG. FRANCISCI AVG. IMP. HVNG. BOH. REGIS CORONATA HVNG. REG. POSONII. VII. SEPTE. MDCCCVIII. Supra epigraphen eminet Corona +++	1	—	—	
ponderat 1. $\frac{1}{4}$. Ducatum.				
—— *Aureus* idem sed minor $\frac{2}{3}$. Ducat. *ead. pag. num.* 52. ++++	1	—	—	
—— *Argenteus* numus similis in magnitudine Vicenarii. *Ibid. num.* 53. ++++++++++++++	—	1	—	
—— Alius similis mionr. *ibidem num.* 54. ++	—	1	—	
—— *Thalerus coronatus*, seu Belgicus de an. 1800. *pag.* 484. post *num.* 7. locandus.				
Aduersa: FRANCISC. II. D. G. R. I. S. A. GER. HIE. HVNG. BOH. REX. Caput Augusti laureatum				

pectoretenus. Inferius Litera M.
Auersa: ARCH. AVST. DVX. BVR. LOTH. BRAB. COM. FLAN. 1800. Crux maior Burgundica, ad cuius tres angulos totidem Coronae positae sunt; ex quarto autem pendet aureum Vellus ······· — 1 —

— *Medius Thalerus* coronatus de an. 1797. *pag.* 485. ante *num.* 1. ponendus.
Aduersa: FRAN. II. D. G. R. I. S. A. GER. HIE. HVNG. BOH. REX. Caput Augustissimi laureatum pectoretenus, inferius Litera B.
Auersa: ARCH. AVST. DVX. BVR. LOTH. BRAB. CO. FLAN. 1797. Crux maior Burgundica, ad cuius tres angulos consistunt

	AV.	AR.	Æ.	Sum.
totidem Coronae, quartum ornat Signum ordinis de aureo Vellere	—	1	—	
—— *Quadrans Thaleri coronati* de an. 1795. *Aduersa*: FRANC. II. D. G. R. I. S. A. GER. HIE. HVNG. BOH. REX. Caput Imperatoris laureatum pectoretenus, inferius litera B. *Auersa*: ARCH. AVST. DVX. BVR. LOTH. BRAB. CO. FLAN. 1795. Crux magna Burgundi[illegible], cuius tres angu[illegible]otidem Coronae [illegible]ornant, pendente ex quarto Ordine aurei Velleris. Additus est huic alter haud dissimilis de anno 1797. Vterque refertur ad *pag.* 485. *Num.* 3. et 4. ..	—	2	—	
—— *Vicenarius* de anno 1804. *pag.* 486. post				

	AV.	AR.	Æ.	*Sum.*
num. 2. ponendus, Vicenario, qui *pag.* 485. sub. *num.* 1. describitur perfecte similis ··········	—	1	—	
—— Alter de anno 1805. *Aduersa:* FRAN. II. D. G. ROM. EL. HAER. AVST. IMP. Caput Augusti laureatum pectoretenus intra sertum ex palmae, laurique ramis inferius Littera C. *Aduersa*: GER. HVN. BOH. REX. A. A. D. LOTH. VEN. SAL. 1805. Aquila biceps nimbata, coronata, alis expansis, vno pede Sceptrum altero Globum crucigerum portans, in cuius pectore Insigne Austriae, inferius num. 20. inclusus parmulae, ex palmae, laurique ramis contextae ········	—	1	—	

	AV.	AR.	Æ.	Sum.
—— Alius de an. 1806. similis priori, duntaxat mutata Litera C. in B. ++++++	—	1	—	

Alius item de eodem anno.

Aduersa: FRANCISCVS I. D.G. AVST. IMPERATOR. Caput Augusti laureatum pectoretenus. Inferius Littera A. intra sertum ex palma, et lauro.

Auersa: HVNG. BOH. GAL. REX. A. A.D. LO. SAL. WIRC. 1807. Aquila biceps nimbata, coronata, alia expansis, vno pede Sceptrum; altero Globum crucigerum tenens, et in pectore habens Scutum circumdatum aureo Vellere cum nouis Insignibus post Pacem Posoniensem cum Gallis initam,

	AV.	AR.	Æ.	*Sum.*
vtpote: Bohemiae, Austriae, Lotharingiae. Infra numerus 20. clauditur parmula ex palmae, laurique ramulis. ·····	—	1	—	
Item tres de anno 1807. 1808. et 1809. sibi similes adaequate, perinde ad *pag.* 486. post *num.* 2. referendi ········	—	3	—	
—— *Decenarius* de an. 1796. qui in nullo puncto differt a Decenario *pag.* 486. *num.* 3. descripto	—	1	—	

—— 1. ½. *Lira Veneta* de an. 1802. ad *pag.* 487. *num.* 5. referenda.

Aduersa: FRAN. II. D. G. R. I. S. A. GE. HV. BO. REX. A. A. D. VENET. Aquila biceps nimbata, coronata, alis expansis, vno pede Sceptrum, altero

Globum crucigerum sustinens, habens in pectore Scutum coronatum, aureo Vellere decoratum, in quo sunt Insignia Austriae et Lotharingiae.

Auersa: Aquila in circulo granulato, quem alter circulus non granulatus ambit. .... — 1 —

— *Crucifer Burgouicus* de anno 1805. *pag.* 490. post *num.* 6. ponendus.

Aduersa: FRAN. II. D. G. ROM. EL. HAER. AVST. IMP. Scutum coronatum, palmae, laurique, ramo decoratum cum Insignibus Austriae, et Burgouiae.

Anersa: EIN KREVTZER. 1705. H. hanc Inscriptionem maior parmula ambit — — 1

	AV.	AR.	Æ.	*Sum.*
— $\frac{1}{4}$. Cruciferi de an. 1800. *pag.* 490. post *num.* 7. inserendus: *Aduersa:* FRAN. II. D. G. R. I. S. A. GE. HV. BO. REX. A. A. Aquila biceps nimbata coronata, alis expansis, vno pede Sceptrum, altero ensem gestans, habet in pectore Scutum coronatum aureo Vellere septum, in quo eminent Insignia Austriae, et Lotharingiae. *Auersa*: $\frac{1}{4}$. 1800. (A).	—	—	1	
— 2 *Soldi* de an. 1799. pro Foro Iulio pertinens ad *pag.* 490. *num.* 9. *Aduersa*: Scutum coronatum cum Insignibus Fori Iulii. *Auersa*: 2. SOLDI 1799. Littera S. in parmula maiori ⁎⁎⁎	—	—	1	
— 1 *Soldo* de anno				

	AV.	AR.	Æ.	Sum.
1797. pro Foro Iulio aeque ibidem inserendus.				
Aduersa: Scutum coronatum cum Insigni Forl Iulii.				
Auersa: 1. SOLDO. 1797. F. intra maiorem parmulam ··	—	—	1	
—— 1. *Soldo* de an. 1800. pro Foro Iulio, a priori duntaxat in parte auersa discriminatur per Literam H. ··········	—	—	1	

Transiluanicis additi sunt:

	AV.	AR.	Æ.	Sum.
IOANNIS SIGISMVNDI				
Aureus cum nomi- ISABELLAE de anno 1559. *pag*. 8. post *num*. 4. ponendus, non differt ab eo, qui ibidem describitur, et in *Tab*. 1. delineatur ··········	1	—	—	

AV. AR. Æ. Sum.

— *Aureus* absque nomine Isabellae de an. 1562. Idem cum illo, qui in *Catal. Par. II. pag.* 9. *num.* 6. memoratur .... 1 — —

CHRISTOPHORI BÁTHORY *Aureus* de anno 1577. trium Ducatorum *pag.* 12. *num.* 3. in *Part. II.* postponendus.

Aduersa: CHR. B. D. S. VAIVODA TR. ET. SI. CO. Z. id est: Christophorus Báthory de Somlyo Vaiuoda Transiluaniae, et Siculorum Comes. Scutum coronatum exhibens tres dentes lupinos, et pro Telamonibus habens vestitos duos Genios cum alis.

Auersa: In peripheria legitur: ANNO DOMI. QVI. SEPT. SEPTIMO. *In area* ve-

	AV.	AR.	Æ.	Sum.
ro: VIRTVS. VNITA. VALET. Punctorum loco ubique occurrunt asterisci. Spatia vacua ornantur corymbis infra, et supra Epigraphen.	1	—	—	
SIGISMVNDI BÁTHORY *Aureus* communis de anno 1583. correspondens Aureo in *Cat. Par. II. pag.* 14. *num.* 1. sub monetis aureis descripto, eoque locandus ✦✦✦✦✦	1	—	—	
RVDOLPHI Imp. et Reg. *Aureus* 1 ½. Ducati, qui cum Thalero *Par. II. pag.* 20. *num.* 4. adumbrato plene concordat. Ponendus *pag.* 18. ante *num.* 1. ✦✦✦✦✦✦✦✦✦	1	—	—	
ACHATII BARCSAY *Aureus* ordinarius de anno 1659. referendus ad *Par. II. pag.* 57. *num.* 3. *Aduersa*: ACHATI				

AV. AR. Æ. *Sum.*

BAR. D. G. PRI. TRA. Protome Principis pectoretenus barbati, tunica hungarica induti, capite nudo, capillis recectis, praeter comam in vertice instar nodi collectam, et a fronte reflexam, dextra Sceptrum, aut potius clauam hungaricam humero admotam tenentis.

Auersa: PA. RE. HV. DO. ET. SI. CO. 1659. Scutum ouale coronatum variis toreumatis ornatum, in quo inter nationalia Transiluaniae Insignia parmula Bartsaiana medio loco est posita, exhibens brachium loricatum, sagitta transfixum, et cubito Coronae apertae innixum, stringens acinacem. 1 — —

G

AV. AR. Æ. Sum.

MICHAELIS APAFI *Aureus* currens de anno 1676. nulla in parte abludit ab Aureo *Catal. Par. II. pag.* 62. *num.* 4. descripto, ac ideo ibidem ante *num.* 4. inserendus 1 — —

—— *Aureus* sex Ducatorum, formae sexagonae de an. 1689. ad *pag.* 63. *num.* 12. referendus.

Aduersa: MICHAEL APAFI DEI GRATIA PRINC. TRANS. In reliquo plene cohaeret cum aureo duplo, qui in *Catal. Par. II. pag.* 62. *num.* 3. adumbratur. 1 — —

IOSEPHI I. *Aureus* currens, de an. 1706. *pag.* 75. ante *num.* 1. ponendus.

Aduersa: IOSEPHVS. D. G. R. I. S. A. G. H. B. REX. Imperator coronatus, lo-

AV. AR. Æ. *Sum.*

ricatus, paludatns, stans, dextra Sceptrum tenet, sinistraPomum Imperii.

Auers. ARCHID.AVS. D. BV MAR. MOR. COM. TYR. 1706. Aquila biceps coronata, sine nimbo, alis expansis, vno pede Sceptrum, altero ensem tenens, in pectore ostentans parmulam Pileo ducaliPrincipatusTransiluaniaetectam,Aurei Velleris torque cinctam, cum Insignibus Transiluaniae. 1 — —

FRANCISCI RÁKOCZY *aereus* numus de anno 1705. in *Catal. Part. II. pag.* 84. *num.* 5. descripto affinis, ibidemque post *num.* 5. ponendus: in ornamentis tamen obseruaueris, quod Fasciae in Insigni Hun-

AV. AR. Æ. *Sum.*

gariaeLineolis transuersis intersectae sint, et Litterae C. M. ex vtraque Scuti parte sibi oppositae compareant. ········· — — 1

Miscellaneis adiecti sunt:

GEORGII Comitis BÁNFI *de Losoncz*, Gubernatoris Transiluaniae sub Leopoldo I. *Numus argenteus* de anno 1709. *pag.* 13. inserendus.

Aduersa: NOVISSIMIS. HONORIB. GEORGII. COM. BÁNFI. DE LOSONTZ TRANSY. SVB. AVG. ROM. IMP. LEOP. ET. IOS.XVI.AN.GVB. REGII. EIVSDEM-

AV. AR. Æ. *Sum.*

QVE CONIVG. PIENT. CLARAE. COM. DE BETHLEN. POSTQVAM VIX. ILLE AN. XLVIIII. HAEC XXXIX. DVRANTE CALAMITOSO POPVLAR. BELLO MORT. ET. CLAVD. CONTVM. FIL. FILIAQ. AE: GR: E: AN. C. MDCCIX. F. F.

Auersa: biparita.

Superius: ET GRYPHES TEGIT VMBRA CVPRESSI. S. K. Gryphi duo erecti, vndique Cupressis circumdati, stando vno pede duo capita mortuorum super puluinari iacentia tenent, altero falces mortes sibi mutuo obuertunt.

Inferius: D. K. IACTAMVR IN AL-

	AV.	AR.	Æ.	Sum.
TVM. Nauis maritima fluctibus iactata	—	1	—	
EVGENII Sabaud. Ducis *Aureum numisma* Catal. Par. III. *pag.* 31. *num.* 2. adducto perfecte similis, sed ex auro 10. Ducatorum, *ibidem* ante *Num.* 2. ponendum.	1	—	—	
IOAN. IOS. Comit. KEVENHÜLLER *argenteus* maioris moduli numus de an. 1761. *pag.* 35. ante *num.* 1. inserendus.				

Aduersa: IO. IOS. S. R. I. COM. A. KEVENHÜLLER. METSCHIN. OSTERWICZ. Protome Comitis pectoretenus paludati cum aureo Vellere. Brachio inscriptum est: S. II. PRINS. O * O. D.

Auersa: AVR. VELL. EQV. S. S. C. C. R. R.M.M. ACT.INT.

ET. CONFERENT. CONSIL. ET. SVPR. CAMER. 1761. Duo Leones galeati sustinent Scutum variis toreumatibus ornatum, Torque aurei Velleris circumdatum, in qua est Insigne Comitum Kevenhüller. Inferius ex torque pendet aureum Vellus. ++++ — 1 —

LAVDONII Herois in memoriam numus *bracteatus* ad *pag.* 36. *Num.* 3. referendus.

Aduersa: GED. LAVDONIVS EXERCIT. AVSTR. SVPREMVS IMP. Caput Laudonii pectotenus loricati cum magna Cruce Ordinis militaris Theresiani.

Auersa: Similis aduersae, sed caua. +++ — 1 —

Numi adulterati traditi sunt:

	AV.	AR.	Æ.	*Sum.*
FERDINANDI II. Numus vncialis. *Aduer.* FERDINAND. II. D. G. ROM. IMP. S. AVG. GER. HV. BOH. REX. Caput Imperatoris laureatum pectoretenus cum paludamento, et aureo Vellere. *Auersa*: Epigraphe plurimum aerugine consumta est, vti etiam Aquila biceps cum Scuto in pectore. Apparet autem annus 1631. numusque Cupro vehementer adulteratus.				
M. THERESIAE *Florenarius.* *Aduersa*: M. THERESIA. D. G. R. IMP. GE. HV. BO. REG.				

Caput Augustae pectoretenus cum paludamento.

Auersa: ARCHID. AVST. DVX. BVSI. M. MO. 1754. Aquila biceps nimbata, coronata, alis expansis, habens in pectore Scutum coronatum cum Insignibus Dal. Hung. Castiliae, Aust. Croa. Tyrol. Burgund. in medio parmulae Bohemicae inclusum, dein Mediol. Styr. Carniol. Carinth. Lothar. Transil. Numus admodum stanno adulteratus.

—— *Vigesimarius*, cuius

Aduersa: M. THERESIA D. G. R. IMP. GE. HV. BO. REG. Caput Augustae pectoretenus intercceptum serto ex palmae, laurique ramis.

Auersa: ARCHID. AVST. DVX. BVR. SI. M. MO. 1757. Aquila biceps nimbata coronata, alis expansis, habens in pectore Insigne Bohemiae coronatum. Inferius numerus 20. parmulae inclusus, quae palmae, laurique ramo exornata est.

—— *Decenarius*, cuius

Aduersa: M. THERESIA D. G. R. IM. GE. HV. BO. R. in reliquo similis Vicenario paulo ante descripto.

Auersa: ARCH. AVST. DVX. BVR. SI. M. MO. 1757. cetera aeque cohaerent cum dicto Vicenario stanneo, inscripto parmulae numero 3. Numus est ex stanno.

—— *Grossus*, cuius

Aduersa: M. THERE-

SIA. D. G. R. I. GE. HV. BO. REG. Caput Augustae pectoretenus cum paludamento.

Auers: ARCH. AVST. DVX. BV. SI. M.M. 1754. Numerus 3. parmula clauditur, in reliquo similis adulterato Vicenario.

—— *Crucifer* parui moduli stanno adulteratus.

Aduersa: M. THERES. D. G. R. I. GE. HV. BO. R. Caput Augustae pectoretenus cum paludamento.

Auersa: ARCH. AV. DVX. BV. SI. M. MO. 1757. parmulae insertus est numerus 1. Caetera cohaerent cum Vicenario adulterato.

Ex Satyricis dati sunt;

	AV.	AR	Æ.	*Sum.*
Quatuor *aenei* sub Bello successionali M. THERESIAE, an. 1741. ab exteris cusi.				

Nota: Numorum, quorum descriptionem dedimus, typi aeri mox incidentur, quum Pars IV. *Catalogi Széchényiani* olim lucem conspexerit.

NOTA
ad Collectiones Numorum Hungariae, et Transiluaniae.

Parte III. Pag. 289. *Num.* 6. insinuandum est, pretiosam Collectionem *Semseianam* Pestino proxime Budam commigrasse, quum videlicet Excel. ac Ill. Possessor Praesidium in Excelsa Camera Regia-Hungarico-Aulica capessere iussus est.

Eadem Pag. Num. 8. adnotandum venit, Ill. D. Comitem LEOPOLDVM ANDRASSY S. C. R. A. M. Camerarium opulentum suum Cimelium, quod hucusque in *Betlár* habuit, *Pestinum*, vbi Conclauia aliquot suae Domus nunc Patriae Antiquitatibus, et Raritatibus instrui curat, nuper transtulisse.

Pag. 290. *Num.* 12. Praematura morte Musis hungaricis ereptus die 6. Ianuar. 1809. Abbas, et Canonicus C. E. Csanadiensis ANDREAS RADVÁNYI, Ami-

cus mihi nunquam oblitterandus, germano suo, vita adhuc comite, memoratam selectissimam Numorum tam Romanorum, et Graecorum, quam Hungaricorum Collectionem cessit, a quo eandem Spect. D. Substitutus Vice-Comes Incl. Comitatus Torontaliensis ANTONIVS KISS de ITTEBE redemit, iste vero Serenissimo Archiduci IOSEPHO, Regni Hungariae Palatino ad vsus Musei muneri misit.

Pag. 292. *Num.* 14. Ad nouas, quae recentissime enatae sunt, Collectiones referenda quoque est Ill. D. Comitis LVDOVICI RHÉDEI de KIS-RHÉDE I. Ord. Leopoldi Equitis, S. C. et R. A. M. Camerarii, nec non in I. Comitatu Bihariensi Officii Supremi Comitis Administratoris Magno-Varadini, atque altera minor bono cum delectu Budae Viri in Antiquitatum Romanarum Studio, et Re numaria Hungarica egregie versati PETRI SZALAY ad Excel. Consilium Reg. Locumtenentiale Hungaricum Concipistae.

SVPPLEMENTVN
ad Elenchum Librorum de Numis Hungaricis et Transiluanicis agentium.
Part. III. pag. 294.

Bel. And. Car. vorlauftige Antwort auf die von Hr. Ioh. David Köhler Hist. P. P. O. zu Göttingen wider die Commentationem historico criticam de *Maria* Hung. Rege Ludouici I. Principe filia gemachten Einwürfe. 8. Leipzig 1743.

Deverdek Gottfr. Silesia numismatica, oder: Einleitung zu dem Schlesischen Münz-Cabinet. 4. Liegnitz 1711.

Epicrisis Censurae Lipsiensis Calendis Ianuarii anni 1756. latae in Librum Vindobonae anno proxime praeterlapso editum, inscriptumque, Numismata Cimelii Caesarei Regii Austriaci Vindobonensis, quorum rariora Iconismis, cetera Catalogis exhibita: 4. s. l. 1756.

Faber Wihl. Eberh. Entwurff einer numismatischen Känntniss der Europäischen Staaten, bestehend in einer Sammlung der mehrsten Thaler, raresten Medaillen, und Münzen. 8. Frf. und Leipzig. 1750.

Hanouii Mich. Christ. Samuel Rex Pannoniae e numo argenteo exhibitus. 4. Gedani 1749.

Hanthaler Chrisost. Verzeichnung bisher bekannter alt, und neuer merkwürdiger Wiennerischen Schau-Denk- und Lauf-Münzen. 4. Linz. 1745.

Heraei Car. Gustav. Inscriptiones, et Symbola varii argumenti. 8. Lipsiae 1734.

——— Vermischte Nebenarbeiten. 4. Wienn 1715.

Iconismi Numophylacii Keszteliensis *Festetichiani* 4. s. l. et a.

Klotzii Adolph. Christ. Opuscula numaria. 8. Halae Magdeb. 1772.

Miller Ferd. Iac. Positio hist. critica: Effigiem B. V. M. auro Hungarico probabilius Mathias Coruinus primus impressit. Vide *Inn. Simonchicz* Diss. de numismatica Hung. pag. 89. — 99.

Moser Ioh. Iac. Historia numismatica Caroli VI. Rom. Imp. fol. s. l. 1725.

Numismata Cimelii Caesarei Regii Austriaci Vindobonensis. fol. II. Voll. 1755. Viennae.

Palatii Ioh. Aquila Austriaca. fol. Venetiis 1679.

Roth. Rudolph. Attila Hunnorum Rex. 4. Ienae 1679.

Sammlung (auserlesene) von allerhand alten und raren Species-Thalern, mehrentheils Gedächtnis-Münzen, und Schau-Pfennigen. 4. Hamburg. 1739.

Sander Georg. Henr. Sammlung rarer, und merckwürdiger Gold, und Silber-Münzen. 4. Leipzig. 1751.

Schvarz Godefr. Recensio critica Schmeiczeliani de numis Transiluanicis Commentarii. 4. Rintelii 1764.

Thesaurus Numismatum modernorum. fol. Norimbergae 1710.

Veise Christoph. Adolph. vollständiges Gulden-Cabinet. Nürnberg. 1780.

Virág. Bened. Különös Letzke a' Szűz Maria Képéről a' magyar aranyon Miller Iakab Ferdinand után. 8. Pesten 1804.

Woog. Maur. Car. Christ. de Caussis raritatis quorundam numorum recentiorum. 4. Dresdae 1748.

Wörger. Fran. Scholia ad Iac. a Mellen Seriem Regum Hungariae. *v. d. in Novis litterar. maris Balthici* 1690. pag. 248. — 251.

Zanetti Hier. Fran. de numis Regum Mysiae seu Rasciae Commentariolus. 8. Venetiis 1750.

Ex Manuscriptis.

Diplomatarium Hungariae monetarium ex Instrumentis authenticis studio Officiolatus in Museo SS. et OO. Regn congestum an. 1810. fol.

Ebner Ioan. Car. des grossen Kaisers Leopold Leben in Schau-Münzen. fol.

Kováchich Georg. Martin. Aduersaria de numeris, ponderibus, mensuris, et monetis Hungarorum. fol.

Peer Iac. e S. P. Res numaria Hungariae. 4

Tibolth Mich. Primae Lineae Catalogi numismatici Széchényiani. 4.

——— Catalogus Numorum Regum imprimi Hungariae, et Rrincipum Transiluaniae. 4.

Consignatio graphica Monetarum Trantiluanicarum, quae ad Cimelium Excell D. Lib. Bar. a Brukental desiderantur. fol.

Demonstratio, quod Salamon primus effigien B. V. numis addiderit. 4.

Cornides Dan. Animaduersiones in Rem Numariam Hungariae. 4.

Register der in dem k. k. Wiener Münz-Cabinet, und in des Herrn Grafen von Festetics Münzsammlung befindlichen ſeltenen Stücke. 4.

NOTIONES
ad interpretandam Rem numariam Hungariae pertinentes.

I.

Ars Cementi
transumta ex antiquo Mssto Bibliothecae in Museo Regni nationali.

Singula Marca Auri albi a Gradibus 12. usque Gradus 23 ÷ quot habet Pisetus Auri fini, quotque Aureos et Grossos, subsequens prima Tabula ostendit.

	Album.	*Finum.*	*Flor.*	*Gros.*
Kar.	12 per	25	35	42
	12 ÷	26	37	1
	13	27	38	31
	13 ÷	28	39	62
	14	29	41	20
	14 ÷	30	42	51
	15	31	44	9
Marca vna per Gradus habet	15 ÷	32	45	40
	16	33	46	70
	16 ÷	34	48	29
	17	35	49	59
	17 ÷	36	51	18
	18	37	52	48
	18 ÷	38	54	7
	19	39	55	37
	19 ÷	40	56	68

	Gradus	Pisetum.	Floren.	Gross.
K.	20 per	41	58	26
	20 ÷	42	59	57
	21	43	61	15
Marca vna per Gradus.	21 ÷	44	62	46
	22	45	64	4
	22 ÷	46	65	35
	23	47	66	65
	23 ÷	48	68	24

Secunda Tabula subsequens ostendit singula Marca auri albi cuiuscunque gradus quantum per se faciat Auri 12. grossorum, quod sit Lucrum Camerae, et quod residuum extra Rationem.

				Lucrum.	Extra Rationem.	
	K.	F.	G.	F.	G.	G.
	12	34	0	1	43	25
	12÷	35	30	1	43	26
	13	36	60	1	43	27
	13÷	38	18	1	44	28
	14	39	48	1	44	29
	14÷	41	6	1	45	30
Marca vna Albi per Gradus.	15	42	36	1	45	31
	15÷	43	66	1	46	32
	16	45	24	1	46	33
	16÷	46	54	1	47	34
	17	48	0	1	59	35
	17÷	49	36	1	54	36
	18	51	0	1	48	37
	18÷	52	0	2	7	38
	19	53	0	2	37	39
	19÷	54	0	2	68	40

	Gradus K.	Flor. F.	Gross. G.	Flor. F.	Gross. G.	Gross. G. Extra Tabula et Ration.
Marca vna per Gradus.	20	55	0	3	26	41
	20÷	56	0	3	57	42
	21	57	36	3	51	43
	21÷	59	0	3	48	44
	22	60	36	3	4	45
	22÷	61	62	3	45	46
	23	63	24	3	41	47
	23÷	64	54	3	42	48

Ad faciliorem intellectum praemissarum Tabularum operandum est hoc modo:

Quaelibet Marca cuiuscunque Gradus multiplicetur per duplicem eiusdem Gradum, vnum superaddendo. Vt si vna Marca fuerit per gradus 6. 8. 10. 12. bis sex faciunt 13. hunc numerum tibi habebis Finum, et sic de ceteris. Vbi vero in Gradibus est medietas vt 13÷ 18÷ etc. ad duplicem eius gradum addendi sunt gradus duo. Vt bis 13. faciunt 26. adde 2. faciunt 28. et sic Finum habebis.

Summa ea, quae prouenit ex multiplicatione praemissorum graduum, debet resolui in Marcas, quae tandem singulae multiplicentur flor. 69. sic et quantum cudi debeat, quod sit lucrum Camerae, et quod sit residuum, si recte fuerit operatum, cognoscere licebit.

Cusis tandem Aureis excipiatur, constat si recte operatum fuerit, in Lucrum Camerae

d singulas Marcas auri fini proueniunt Aurei or. 4. licet Magister Cementi dicat, secunum Regulam Aureos 3. et Grossos 40. proenire debere. Cum vero Lucrum superabunderit, et fit residuum, hoc fit Montanistarum lamno, neque in Tabulis constat.

Si bene operatum fuerit, ex singulis ribus Marcis, cudi debent Aurei 208. vel 07.

Secretum Cementi.

Secretum Cementi est, quod ad singuas Marcas Auri albi a Gradibus 6. usque 9 ÷ adduntur ♀ ♀ id est Cupri Piseti 1 ÷ el 2. ♄ id est plumbi pisetina 3. tunc cum am Aurum in Kyla seu Test conflando bene luit. Item a Gradibus 19 ÷ usque Gradus 3 ÷ ad singulas similiter Marcas additur ♀ iseta vna ♄ pisetae 2. Vbi vero Aurum in Kyla bene fluxerit, reducatur in granula, quae andem cum pulueribus latorum partium duarum, et Salis vna, in vasa testacea modice racta, alternatim collocentur aspersis aqua, quae vasa in fornaci cementaria ordine collocentur, osque fornacis cum lateribus prudenter occludatur.

In Fornace autem aurum hoc modo reducitur in Finum. In primis ignis sit lentus, ne per vehementem ardorem ignis, Argentum per exhalationem defectum patiatur.

Aurum vero a gradibus 12. usque gradus 19 ÷ in fornace ardente coquatur horis 24. computando ab illa hora, qua ollae candent. Tandem exceptum aqua calida expurgetur, et si fuerit per gradus 21 ÷ vel 22 ÷ tunc Summa Auri tota diuidatur in duas partes, cuius pars dimidia, rursus modo praemisso ponatur in fornacem ad 24. horas, vel si malueris totam Summam ad horas 15. quod tempus vocatur dimidius ignis.

Purgatio Auri.

Recipe ♄ 🜍 12 ✳ aequali pondere, et fit purgatum optimum.

Signa Cemmentariorum.

Aurum ☉
Argentum ☾. ♃. S. ☾.
Cuprum ♀ ♀.
Plumbum ♄.
Stannum ♃.
Ferrum GC. ♀ ♂ ♂.
Argentum viuum ☿ ☿
Sulphur 🜍.
Sal amoniacum ✺

Quodlibet Aurum quot contineat florenos, ipse Gradus in Tabula ostendit. Vbi obseruandum, quod garas ad numerum 72. proueniens in eodem ex vno gradu debet conuerti in Aureum vnum, Denarii vero non conuertuntur in aurum. Vbi autem in pondere reperitur media piseta, si vna piseta illius gradus habuerit Aureum vnum, tunc media illa piseta computabitur ad garas 36. quia aureus dimidius facit grossos 37. et Grossi, qui excedunt, grossos mediae pisetae reddunt.

Haec huc transcripta sunt pro vberiori interpretatione eorum, quae eruditissimus olim Popularis meus ALEXIVS HORÁNYI e S. P. §. III. *in* Appendice *ad* SIMON de KEZA Chronicon Hungaricum *edition. Buden.* 8. *pag.* 145. de Cemento *docuit.*

II.

REFLEXIONES,

circa valorem 100. *Denariorum Hungaricorum maiorum olim vnum Florenum Auri constituentium, quibus tempore* WLADISLAI II. *Rustici Dominis suis Terrestribus titulo Census tenebantur.*

Vbi ante omnia sciendum: quali genere Monetarum Hungari usque tempora LVDOVICI II. consequenter temporibus VLADISLAI fuerint vsi? Ad cuius cognitionem magnam affundet lucem si remonstratum fuerit ex Legibus: quaenam hodie currentium monetarum species fuerint successiuis temporibus introductae.

Babkas, Cruciferos, aliasque monetas externas, primum in Anno 1526. sub LVDOVICO II. fuisse introductas docet eiusdem an. Art. 37-mus idque durante duntaxat Expeditione valituras, docet item earum vsum perdurasse adhuc etiam in an. 1548. Art. 51.

Thaleros in an. 1554. sub FERDINANDO I. fuisse receptos, testantur eiusdem anni art. 17. et an. 1555. art. 8.

Grossos trium Cruciferorum, qui hodie in vsu sunt, nonnisi in anno 1622. sub FER-

DINANDO II. fuisse diaetaliter receptos, docet huius anni Articulus 77. ita quidem, vt, prius post Festum nempe Paschatis, tunc venturum saltem 3. Denarios valerent.

Ita ergo *Babkas*, *Cruciferos*, *Taleros* et *Grossos* tres cruciferos, longe infra tempora WLADISLAI fuisse introductos, ex praemissis satis constat.

Iam ergo videndum: qualibus Monetarum generibus, et speciebus fuerint ante harum nouarum Monetarum introductionem Hungari vsi?

Auream nempe monetam vocabant.

Mox *Florenum* tantum, vt 1351. art. 4. seu teste Rubrica *Ferton* 1405. art. 13. an. 1458. art. 12. An. 1495. art. 41.

Mox *Florenum aureum* seu *auri*, vt an. 1405. art. 19. Sigis. Decr. III. art. 7. an. 1474. art. 1. An. 1492. art. 99. An. 1514. art. 15.

Mox simpliciter Aureum An. 1481. art. 5. An. 1485. art. 11. An. 1486. art. 74.

Et quod omnia ista nomina idem, seu eandem Monetam, hodiernum quippe boni, ac iusti ponderis *Aureum* denotabant, et significabant, iam ex praecitatis Legibus satis constat. Promiscue enim eos resoluebant, vel ad 14. Grossos maiores, qui ut mox patebit, *Mariani* erant, vel ad 100. Denarios maiores, vel ad 200. minores, vel denique 400. minimos, seu *Obulos*. Quae omnia iuxta illius

temporis valorem, seu Ligam, ut mox patebit, ad hodiernum *Aureum* redeunt.

Ita An. 1557. art. 14. statuebatur, ut Aurei cudantur, sicut hactenus, in vera, et bona Liga. Quales quod vltro quoque, seu infra hanc Legem *Floreni aurei* vocabantur, adest Exemplum in Testamento STEPHANI BÁTHORY Iudicis Curiae an. 1603. condito, vbi idem auream Monetam, seu Florenos aureos, semet numerosiores habere praemittit, et de iisdem, mox sub nomine *Aureorum*, mox *aureorum Florenorum* disponit. Verbo denique, duo ista vocabula, ad eandem Monetam promiscue applicat, ut sub NB.

Argenteam vero Monetam distinguebant generice in *Grossos* et *Denarios* *Grossi Hungarici* fuerunt hodierni *Mariani*, qui nomen *Márjás Garass* lingua vernacula in magna adhuc Regni parte, saltem in proximarum aetatum Literalibus monumentis retinent, quiue nomen *Mariani* teste art. 48. An. 1550. videntur accepisse ab impressa iisdem iam ab antiquo in vna parte B. V. Mariae effigie.

Istis soluebatur Lucrum Camerae. Isti habebant Ligam sex Denariorum Hungaricorum maiorum; isti denique computabantur numero 14. ad vnum Aureum, seu quod iuxta priora idem est, vetustum Florenum. Vt haec omnia patent ex Art. 4. an. 1351. Prout 14. *Mariani* actu quoque cum defectu saltem ali-

quot Cruciferorum Aureum contstituunt. Quem tamen defectum successiua Monetae hungaricae ad Viennensem accomodatio, et reductio, vt mox patebit, causauit.

Fuerunt praeter hos Hungaris etiam minores Grossi sub eadem B. M. V. effigie, vt ex art 48. An. 1550. et art. 14. An. 1557. patet, qui dimidiam maiorum Ligam, et valorem habebant; supponunturque fuisse *Septenarii.* Quum tameu isti ad praesentem scopum parum conferant, ab his praescinditur.

Denarii yero, qui iam ante tempora WLADISLAI II. triplices erant in vsu pud Hungaros, *maiores* nempe, *minores* et *minimi.*

Maiores Denarii sex habebant valorem vnius *Mariani*, seu antiqui *Grossi hungarici maioris*, vt haec ex *art.* 4. *An.* 1351. patent. Erant ergo eiusdem fere Ligae cum hodiernis trium Crucifororum Grossis, immo aliquantulum maioris, quia isti sex constituebant antiqnum Grossum, quatuordecim Grossi vero Florenum anri.

Patet hoc ipsum etiam ex Sigis. *Decr. III. art.* 7. vbi ad Florenum aureum 100. eomputabantur.

Patet item ex eiusdem Regis *Decr.* 17. *art.* 10. 11. 12. vbi in Taxatione Litterarum, Denarii maioris monetae intelligendi praescribuntur, et isti. *An.* 1481. *art.* 5. *An.* 1486. *art.* 74. *An.* 1492. *art.* 99. *An.* 1495. *art.* 41.

An. 1514. *art.* 15. ad vnum Aureum 100 referuntur computandi.

Minorum seu *nouorum Denariorum* fit mentio sub MICHAELE SZILÁGYI in tali valore, vt dimidium maiorum Denariorum constituant. Sicut enim ex citatis legibus maiores Denarii centum, ita hi minores ducenti computabantur ad vnum Florenum auri, vt habet *art.* 12. *An.* 1458. Ista species monetae hoc ipso, quod maiorum illorum Denariorum, sex nempe ad Mariánum computatorum dimidium faciebat, videtur fuisse illa, quam vulgo *Polturam* vocabant, prout in Lingua slauica *Poltúrak* mediam omnino monetam significat.

Fit istorum minorum Denariorum hungaricorum cudendorum mentio etiam *art.* 48. *An.* 1550. cum hac expressa declaratione, quod hi tres Denarios Viennenses valeant, sed ultra istos minores Denarios commemorantur utraque Lege.

Minimi quoque Denarii anno equidem 1458. *art.* 12. *Obuli* dicti cum tali valore, vt 400. faciant vnum Florenum, seu iuxta praemissa Aureum. In anno vero 1550. *art.* 48. isti tertiae Classis Denarii Numis Viennensibus aequiparati sunt ita, vt dum prius duo facerent *minorem Denarium*, seu *Polturam*, iam ea hac Lege tres connumerabantur ad eam; verbo: ex hac Lege et minores se ipso etiam praecedentes Maiores praesupponentes, et Mi-

nimi Viennensibus aequales, ergo terni Denarii eueniunt.

Fatendum equidem est, praedeclaratas hodiernarum monetarum species non plane ad assem correspondere, seu adaequare Ligam et valorem antiquarum illarum Monetarum hungaricarum, quia modernis 14. grossis Marianis duo Cruciferi desunt ad Florenum auri, seu aureum (*Agio* enim tunc necdum erat in vsu) et hodierni Grossi, seu tres Cruciferarii, qui minoribus Denariis hungaricis primum in *anno* 1622. *art.* 77. successerunt, per sex computati iterum vno Crucifero superant Marianum, minores porro Denarii hungarici, seu Polturae olim tres Viennenses Denarios, Hungarici vero maiores Denarii dimidium constituentes, nunc quoque dimidium moderni Grossi constituunt. Denarii denique hungarici minimi olim mediocris Denarii, seu Polturae, iterum dimidium constituebant; adeoque huius medii Denarii medium, maioris vero quartam partem.

Istius tamen diferentiae ratio ex positiua Lege constat in eo, quod nempe *an.* 1547. *art.* 24. Moneta hungarica iam paulo ante immutata, et Liga eius imminuta, referebatur. *Anno* vero 1550. *art.* 48. Hungarica moneta ad Ligam, valoremque Imperialis reducenda decernebatur. *Anno* demum 1557. *art.* 14. in deualuationem Grossorum tam ma-

ioris quam minoris ligae consentiebant Regnicolae. *Anno* porro 1618. *art.* 19. decernebant, vt Hungarici quoque Denarii subtilius, seu in minori Liga cudantur, quam hactenus cudebantur, quia vicinarum Provinciarum Moneta non est tam solida, et crassa atque Hungarica. *Anno* adhuc 1722. *art.* 77. Grossi trium Cruciferorum ex aliis Prouinciis acceptabantur. *Anno* adhuc 1625. *art.* 39. Aurei quoque deualuabantur. *Anno* tandem 1659. *art.* 72. *minuta Cremnicziensis moneta ad Ligam, et valorem* Grossorum Viennensium, seu trium Cruciferariorum tedigebatur ita, vt horum *quintam saltem partem* constituat, et isti videntur esse hodierni denarii ad modernum Rhenensem florenum 100. accomodati, et computati.

Recte tamen istae successive ab anno quippe 1547. seu a FERDINANDO I. interuentae Monetarum mutatlones, et reductiones argumento sunt Florenum illum aureum, quem singuli Coloni Dominis suis Terrestribus iuxta Constitutiones WLADISLAI II. soluere tenebantur, non a proportione hodiernorum, et olim minimorum, verum a proportione tunc currentium maiorum 100. Denariorum, minorum 200. minimorum denique, quales hodierni sunt 400. assumendum fore, consequenter Dominis Terrestribus ex Lege WLADISLAI non successiue introductum Rhenensem florenum, verum Florenum auri, seu Aureum

Aureum veri, boni, et iusti ponderis competere, certum est: praesertim quod tunc nulla fuerint determinata Sessionum constitutiua, quae iam nunc fiunt, immo et ipsi Domos habentes Inquilini Aureum soluebant.

NB.

„Nos Comes STEPHANVS BÁTHOR
„Iudex Curiae Sacratissimi Principis, et D.
„D. RVDOLPHI II. Dei Gratia electi Roma-
„norum Imperatoris, semper Augusti, ac Ger-
„maniae, Hungariae, ac Bohemiae Regis, Ar-
„chi-Ducis Austriae, Ducis Burgundiae, etc.
„nec non Comitatuum Sümeghiensis, Szath-
„mariensis, et de Szabolcs Comes.

„Noha mostan az én Jó Istenemnek „kegyelmes akarattyából, sok betegségim között annyi egésségem vagyon, hogy légyen „Istennek hála, mind illyen sok beteges álapotomban, tűrhetö egésségben vagyok.

„De tudván, az is nálam nyilván lévén, mint rendelte légyen az Nagy bölcs „Uram Isten, az közönséges állapotot, vt „constitutum sit, omnibus simul mori. Non „enim habemus hic manentem Ciuitatem, fu-

„turam inquirimus, ell anyira, hogy ha Sa-
„lamon Király gazdagsága, avagy az Cresus
„kincse mint enyim vólna is, obnoxius sum
„morti. etc.

„Isten kegyelmességibűl vagyon egy Lá-
„dában ennékem Tárházamban *arany forintom*
„*menyi ſzámu* magam kezemmel irván, pe-
„tsétemmel meg-erősítvén tzedulát tettem az
„Ládában, abbúl meg láttyák, kibűl így dis-
„pánálok: az mint felől meg-írtam, testem
„temétésére való dologra, hagytam benne
„*három ſzáz aranyat* - - - - Nro. 300

„Várday Kata Aſzony Hugom-
„nak kölöm az Leányátul, Telegdi
„Annátúl hagyok *ezer arany* forintot 1000

„De így, hogy mindenekben az
„én Testamentomban tarcsa magát az
„eő kötele ſzerint, ezt se kölcse el
„Testamentomossom.

„Az én ſzegény meg-holt fiam-
„nak (kit jámbor hiv Szolgálattyáért fi-
„amnak tartottam.) fiainak Istványnak,
„Ferencznek, Iánosnak hagyok *tizen
„ött ſzáz arany forintot* - - - - - 1500

„Hat ſzázat Istványnak, négy
„ſzázat Ferencznek, és ſzázat Iános-
„nak meg ércsék Tatay Istványt értem,
„és az ő meg-maradott három Árva
„fiát, kiket magam fiaim gyanánt tar-
„tok, Isten meg-verje, a' ki ezt ell-

„ költené, és meg nem adná. Testamen-
„ tomos jámbor Szolgámnak hagyok,
„ ketten Pethö István Urakkal jámbor
„ Szolgámnak Secretar. egyetemben *száz*
„ *aranyat* - - - - - - - - - - 100

„ Macskásy Mihály jámbor szol-
„ gámnak hagyok *száz aranyat* - - - 100

„ Ezeket senki el ne kölcse egyébb szük-
„ ségre, hanem az hova én rendeltem, meg-
„ adgyák hiven igazán.

„ Az többit az mi ezektűl arany forin-
„ tomban meg-marad, im igy rendelem, fe-
„ lét Somlyai Báthori Gábornak, Somlyai
„ Báthory István Uram Bátyám öregbik *fi-*
„ *ának* hagyom, ha jámbor léſzen, és Testa-
„ mentomhoz tartya magát mindenben.

„ Felit pedig hagyom kettén az két
„ Hugomnak, tudniillik Somlyai Báthory An-
„ nának, és Somlyai Báthory István Uram
„ Leányának, felit pedig Telegdi Annának,
„ Telegdi Pál Leányának Várday Kata Asz-
„ szonytúl valónak rendelem.

„ Ezeket se kölcse el Testamentomo-
„ som, semmi szükségre, hanem ha, egyébkint
„ nem lehetne, mert a' szükség Törvényt
„ szeg. De azért ezt felette igen meg-ojja,
„ mennél jobban lehet.

„ Vagyon Isten kegyelméből (kiért
„ Isten dicsértessék) *Tallérom is egy Ládá-*
„ *ban*, abban kezemmel irott Czédula, pecsé-

„tem alatt vagyon, erröl illyen Rendelést
„teſzek, etc. etc.

„Én Uram, 's én Istenem dicsértessél.
„Ámen.

„Ez nap el-végeztem az én Uramnak
„Istennek nevíben. Ámen.

„Datum in Arce nostra Ecsed die 28-a
„Februarii 1603.

„Macskássy Mihály, *m. p.*

„Pethö István, *m. p.*

„Comes Stephanus de Báthor *m. p.*

L.S. L.S.

Documentum hoc exscriptum est ex ANTON. SZIRMAY de SZIRMA *manuscriptis* Obiectis variis Politicis ad vsum communem elaboratis, et in vnum volumen congestis Nro. XIV. pag. 119 — 122. fol. *quae exstant in Bibliotheca regnicolari Musei Hungarici.*

III.

ADVERSARIA MONETARIA.

Anno 1390. constabat *Florenus* ex centum nouis Denariis.

Anno 1401. ex triginta sex Grossis, et vnus *Grossus* valebat duos antiquos *Bardos*.

Anno 1423. Florenus constabat ex 50. Denariis.

36. Groschen a Denar. 2. $\frac{3}{4}$. gerechnet, macht Denarios 99.

1. Groschen a Denar 2. $\frac{1}{4}$ halbirt, macht 1. Bardus Denar 1 $\frac{3}{8}$ solche in 36. Groschen reducirt, thut 99. Denar.

Diese sind unsere so genannte *Bauer-Gulden*, ohne *Fel-Pénz* gerechnet *Kurta Forint*, oder 33. Poltraken thut 99. Den.

NB. Diese Denarii macht 2 einen Kreutzer oder 6. einen Kaiser-Groschen. Es macht auch ein Holländer Ducaten dergleichen 5. Bauer Gulden aus.

Dominus SAMVEL PVLSZKY reduxit hanc Monetae speciem ad modernum Cursum in Comitatu Scepusiensi: 1. florenus Hungari-

cus computatur a 99. Denariis *glatter Gulden* dictus. Reductio veteris monetae Hungariae ex Corpore Iuris eruta Denariorum maiorum fit mentio *art.* 10. *An.* 1439. qui et integri vocantur, ibidem et Regales MATHIAE I. *Decr. IV. art.* 8. WLAD. *Decr. II. art.* 41. ac tales centum constituebant Florenum Auri. SIGIS. *Decr. III. art.* 3. *Decr. VI. art.* 12. et MATHIAE, ac WLADISLAI Decreto in locis citatis. Denariorum minorum reflexio fit *art.* 48. *an.* 1550. quorum vnus valuisse dicitur 3. Numos Viennenses ibidem. Cum autem ex SIGIS. *Decr. III. art.* 7. alter esset Florenus auri, et alter Florenus 100. Denariorum, manifestum est, Florenum auri constitisse ex 160. Polturis, Florenum vero simplicem 100. Denar. id est minoribus, communiter *Gröschlis* seu 100. mediis Polturis.

Resoluitur id clarius ex *art.* 14. *An.* 1557. vbi duplicium Grossorum fit mentio, alterius minoris ex Denariis minoribus 4. constantis, et hi sunt Grossi 3. ordinar. Cruciferorum alterius maioris, seu Denariorum 8. seu modernorum quinariorum, vel Septenariorum, vbi (6.) Cruciferi impressi cernuntur, nunc vero in 7. Cruciferis acceptantur.

De diuerso cursu Monetae excutiatur *ar.* 77. *An.* 1622. et *ar.* 39. *An.* 1628.

Anno 1560. Florenus vnus valebat 70. Cruciferos.

An. 1615. condidit GEORGIVS THVRZO Palatinus Testamentum, consensu Mathiae Imperatoris roboratum, ex quo apparet, Aureum singulum duos florenos, Denarios 50. constituisse.

An. 1619. Aureus constituebat Florenos duos, Denarios tantum 40. in Articulis Diaetae Cassouiae sub Principe Transiluan. GABRIELE BETHLEN celebratae.

An. 1525. IOANNES UZ de *Uz-falva* coram Sedria Comitatus de Sáros triumphat in Causa violentiali contra GEORGIVM de SEMSE, in qua Sententia haec continentur: „Iuxta vim, et formam Generalis Decreti prae„missis actibus potentiariis, in facto maioris „Potentiae, videlicet in viginti quinque Mar„cis, centum florenos facientibus, conuinci, „et aggrauari."

An. 1477. in Processu octauali, ad redemtionem pignoris in homines Familiarum de TARKEW, et THARCZA moto, fit mentio certae monetae *Scopecz* dictae, de qua verba Processus haec sunt: „receperunt anno „1408. LADISLAVS, et RYKOLFFYVS a NI„COLAO de THARCZA quadringentos Cen„tenarios Denariorum *Scopecz* dictos, cuius „quilibet fecisset vnum Florenum auri,

Haec ex Mssto Diplomatario Hungariae monetario fol. Num. LXV. pag. 232. *quod existit in Bibliotheca Regnicolari Musei Hungarici extracta sunt.*

IV.

EXCERPTA

ex R. P. GELASII DOBNER *a S. Catharina e S. P. Disquisitione historica de Sexagena Grossorum Pragensium.*

Sexagena a 60. partibus dicta est, neque eius vsus erat, nisi in Nummis argenteis. At cum eius origo a *Marca* deriuetur, notandum est, quod Marcae quadruplex species reperiatur *Legalis*, *Vulgaris*, *Regalis*, *et Grauis.*

1). *Marca legalis*, aliter vetus, ante WENCESLAVM vsualis, postea *leuis* vocata. Intelligebatur per eam pondus vetus probissimi argenti, nulla prorsus admixtione Cupri vitiati, quod olim 48. Solidis, item 200. Denariis, denique 200. numis veteribus appendebatur.

Licet vero postea Pecuniae ratio immutata fuerit, perstitis tamen numeris 48. Solidorum olim vsitatorum, quamquam pondus Marcae legitimae minime responderit, et id ad initium vsque Saeculi XVI.

2). *Márca vulgaris*, in quibusdam Diplomatibus etiam *communis* dicta, originem debet WENCESLAO II. qui, euocatis Florentia Viris rei numismaticae peritis, primus anno 1300. Grossos Pragenses cudi fecit, marcamque reformauit. Ab exitu inde Saeculi XI. per varias et multiplices in Regno Bohoemiae scissiones, multosque inter se certantes Duces, pecunia semper deterior cudebatur scilicet; vt occurreret WENCESLAVS, constituit Grossos Pragenses cudere, quorum 60. vnam constituerunt legitimam marcam. Grossi hi *Pragenses* vocantur alias in Diplomatibus *Scroki* latine *lati*, item *magni*, persaepe *grossi denarii*, item *magni denarii.*

Diuiduntur in 12. grossos minores (qui male a STARSKIO obuli vocantur;) alias grossos paruos, Denarios paruos, et creberrime *Halenses* dictos.

3). *Marca regalis*, quae nonnisi aequabat 56. grossos, cuiusque nonnisi in stipendiis, et meritoriis, seu gratuitis locus erat.

4). *Marca grauis* dicebatur propterea, quod ob aeris admixtionem pondus a WENCESLAO II. constitutum excedebat. Originem hoc habuit non a IOANNE Rege, sed ab HENRICO Carinthiae Duce, qui 64. Grossos ex vna Marca legali cudi fecerat, uti etiam post eum IOHANNES, et CAROLVS IV. ad annum 1348. quo constituitur, vt Marca

legalis in 70. Grossis excuderetur. Filius CAROLI IV. WENCESLAVS rem monetariam adeo neglexit, vt eius tempore vix 100. Grossi vnam marcam constituerent legalem. SIGISMVNDVS tamen effecit, vt in Pactis reconciliationis decerneretur. Et haec est illa Moneta noua, quam Sigismundus hoc Diplomate intelligit. Non ea (ut falso existimatur) quae, SIGISMVNDO iam Bohemiae Regni fasces tranquille tenente, cudebatur.

5). Dein *Ferto* idem est, quod quarta pars (*ein Vierterling*) marcae. CAROLVS IV. primus integros Fertones procudi fecit valentes 16. grossos, id est: quartam partem Marcae grauis 64. grossorum. Ante CAROLVM IV. vix maiores Fertones exprimebantur.

6). *Sexagena* 60. Grossos constituebat. Eius vocis in numerando frequens erat vsus. Tempore WENCESLAI II. qui marcam legalem in 60. Grossis excudi curauit, ac filii eius marca, et sexagena idem erant, vix tamen ostendi potest Diploma, quo Reges hi voce *Sexagenae* fuissent vsi. Subsequis temporibus, arridente ea per 60. Grossos numerandi ratione populo, licet valor Marcae auctus est, tamen per Sexgenas numerabatur, et Fertonem crebro eo tempore scribebant non fertonem, seu quartam partem Marcae, seu Sexagenae.

7). Ad summam 27000. Sexagenarum ad nostrae pecuniae hodiernae valorem reducendam haec imprimis faciunt:

a). WENCESLAI II. Grossus unus continet argent. 15. semiunciale, cuius Marca hodie aequiualet 22. floren. ergo Grossus eius 22. xr.

b). SIGISMVNDI Grossus post suam reformationem habet in se argentum 13. *löthig*, adeoque vuus Grossus valet 19. Cruciferos. Vnde quoque colligitur, SIGISMVNDVM monetam ad valorem CAROLO Patre designatam probabilius reduxisse.

c). Sub CAROLO IV. *um die obengenannten Schok grosser Pfennige Prager Münze, oder um* 6000. *Pfen. und Floren, oder römischmen, oder ungarischen Gulden, id est Ducatem* 12000. 5. 4. 240000.

At hunc calculum premunt difficultates. Nam SIGISMVNDVS, dum XIII. Oppida Scepusii oppignorauerat, necdum erat Rex Bohemiae, nec etiam (quod tantum sedatis turbis Hussiticis futurum erat) monetam ad modum, et valorem CAROLI IV. introductum reduxerat.

Euenerat hoc circa ea tempora, vbi 80 Grossi vnam Marcam legalem constituebant. Quodsi verum non est, multum calculo Dobneriano decedit: nam tali modo vnus Grossus tantum 16. valet Cruciferos. Eius inte-

gra Summa 37000. Sexagen. 17629000. Rh. floren.

Haec aeque continentur in eodem Msst. Diplomatario N. LXXXII. pag. 272. *Ex his* Reflexionibus, Aduersariis, *et* Excerptis *cum denato nuper Amico* INNOCENTIO SIMONCHICZ *e S. P. communicatis enata est* Dissertatio diplomatico-numismatica de Florenis, et Denariis Coruinianis 1478. *pag.* 20. quae Magno-Varadini typis Antonii Gottlieb Maramarosiensis 1806. *formis Octauis prodiit, Numophylis Hungariae commendanda.*

V.

ANNOTATIO

de cursu, et valore monetarum in Hungaria sub initium Reginimis Rudolphini.

Propter commodiorem sustentationem Militum, cum primis extraneorum pro tempore statuerunt Status, et Ordines Regni Hungariae, vt Monetae omnis generis currant iuxta Statutum Cassouiae celebratum per Ordines Partium superiorum, videlicet:

Aureus vnus boni ponderis valeat	fl. 2	den. 40.
Talerus - - - - - - - - - -	1 -	30.
Grossus, qui in Transiluania cuditur - -		3.
Grossus Poltura vocatus - - - - - -		$4\frac{1}{2}$
Grossus Germanicus duos Cruciferos continens - - - - - - - - - -		3.
Grossus qui in Riuulis Dominorum cuditur - - - - - - - - - -		5.
Nouinarius antiquus Polonicus - - -		10.
Nouinarius nouus Polonicus - - - -		9.
Talerus qui in Polonia cuditur - - -		90.

Haec Ordinatio interimalis facta per Illustrissimum Dominum Palatinum, Posoniique publicata primum, in omnibus mox Comitatibus obseruabatur.

Exscripta ex antiquo Calendario Polonico.

VI.

Decennalis Prouentus Piseti ab an. 1666. vsque 1676.

Prouentus Piseti an. 1666.

Ex Inclita suae Maiestatis Sacratissimae Camera Cremnicziensi ad rationem Celsissimi Principis D. D. Archiepiscopi Strigoniensis, Domini gratiosissimi prouenerunt pro hoc

anno in Pisetum ex marcis Argenti 25614. Taleri 4220. $\frac{1}{4}$. den. 606. facientes in bona moneta . . . . fl. 6336. den. 43 $\frac{1}{2}$.

Item ex Marcis Auri 745. proueniunt suae Celsitudini Aurei 257. den. 375. facientes . . . . 774. fl. 75.

Facit introitus Piseti fl. 7111. d. 18 $\frac{1}{2}$.

Administratio Piseti.

Anno 1666. die 7. Maii administrati suae Celsitudini Archiepiscopali medio Domini Domini Martini Dékány, et alterius Domini Martini Dvorniky ex Piseto 1666. in Grossis Flor. 6266. d. 80. $\frac{1}{2}$. in Aureis vero 257. d. 375. fl. 774. d. 75. facientes in toto fl. 7041. d. 55.

Pro annuali Salario Domini Christiani Stierbich pro Custodia, et conseruatione ferramentorum monetariorum iuxta consuetudinem hactenus semper obseruatam sunt erogati per Cameram bonae monetae . . fl. 60. d. 86.

Pro Saccis in quibus Posonium suae Celsitudini Archiepiscopali Pecunia delata est . . . . d. 77.

Summa administrationis, et erogationis facit . . . . fl. 7111. d. 18 $\frac{1}{2}$.

Prouentus Piseti anno 1667.

Ad rationem Celsissimi Principis D. D. Archiepiscopi Strigoniensis ex Marcis Argenti 28743. proueniunt hoc anno in Pisetum Taleri 4737. et Denarii 559 ½. facientes in bona moneta .... fl. 7111. d. 9 ½.

Item ex Marcis auri 633. proueniunt in Pisetum Aurei 219. d. 255. facientes .... flor. 659. d. 55.

Facit Introitus Piseti fl. 7770. d. 64. ½.

Administratio Piseti.

Anno 1667. die 7. Maii administrati suae Celsitudini Archiepiscopali medio suprafati Domini Martini Dékány, et alterius Domini Martini Dvorniky ex Piseto anni 1667. in Aureis 76. fl. 228. in Grossis vero fl. 3182. d. 81. facientes in toto fl. 3410. d. 81.

Anno 1668. die 28. Aprilis administrati suae Celsitudini Archiepiscopali in Grossis 3857. et d. 85. in Aureis vero 143. fl. 429. facientes .... fl. 4286. d. 85.

Salarium D. Christiani Stirbich .... fl. 88. d. 86.

Posonium cum Proventu pisetali ad suam Celsitudinem ambulando consumti sunt fl. 2. d. 92 ½

Pro Saccis Nro. 12. ··· fl. 1. d. 20

Summa Administrationis, et Erogationis facit ··· fl. 7770. d. 64. ½

Prouentus Piseti anno 1668.

Ad rationem Celsissimi Principis Domini Domini Archiepiscopi Strigoniensis ex Argenti Marcis 30038. proueniunt hoc anno in Pisetum Taleri 4949 ½. d. 677. facientes in bona moneta ············ fl. 7431. d. 2.

Item ex Marcis Auri proueniunt in Pisetum Aurei 199. d. vero 295. facientes ···················· fl. 599. d. 95.

Facit Introitus Piseti ···· fl. 8030. d. 97.

Administratio Piseti.

Anno 1668. die 28. Aprilis administrati suae Celsitudini Archiepiscopali ex Piseto 1668. in Grossis fl. 1455. d. 75. in Aureis vero 54. fl. 162. facientes ······· fl. 1617. d. 75.

Anno 1668 die 19. Octobris in S. R. manibus G. Dom. Praefecti Dom. Ioan. Maholány in Grossis flor. 3375. in Aureis vero 74. fl. 222. fl. 3597.

Anno 1669. die 18. Ianuar. administrati suae Celsitudini Archiepiscopali in Grossis fl. 855. in Aureis vero 71. flor. 213. — facientes ······················ fl. 1068. —

Anno 1669. die 2. Febr. administrati Generoso Domino Ioann. Maholány Praefecto Tyrnauiae ·················· fl. 1320. —

Anno 1669. die 26. Apr. praesentati suae Celsitudini ··· fl. 357. d. 46.

Pro annuali Salario Domini Christiani Stirbich ······ fl. 68. d. 86.

Cum Proventu Pisetali Posonium ambulando ad suam Celsitudinem consumti sunt ·· fl. 1. d. 28.

Pro Saccis ·············· d. 62.

Summa administrationis et erogationis ·················· fl. 8020. d. 97.

Introitus Piseti 1669.

Ex Camera suae Maiestatis Sacratissimae prouenerunt hoc Anno ad rationem suae Celsitudinis Archiepiscopalis ex Argenti marcis 26023. Taleri 4286 $\frac{3}{4}$. d. 704. $\frac{1}{2}$.

Facientes bonae monetae fl. 6437. d. 17.

Item ex marcis Auri 480 prouenerunt suae Celsitudini Aurei 166. d. 200. facientes ···················· fl. 500.

Facit introitus Piseti ····· fl. 6937. d. 17.

Administratio Piseti.

Anno 1669. die 13. Octobris praesentati suae Celsitudini Archiepiscopali in Aureis 57. fl. 171. in Grossis vero fl. 2928. d. 25. facientes in toto flor. 3149. d. 25.

Anno 1669. die 18. Octobris administrati flor. 172. d. 50.

Anno 1669. die 26. Aprilis administrati suae Celsitudini in Aureis 4. Floren. 63. in Grossis vero flor. 1200. facientes fl. 1263.

Anno 1669. die 19. Decembris administrati Generoso Domino Praefecto in Grossis fl. 825.

Anno 1670. die 1. Aprilis administrati suae Celsitudini in Aureis 63. fl. 189. in grossis vero 1261. d. 62. ½ facientes floren. 1450. d. 62. ½.

Pro ½ Marca Argenti pro Sigillis 2. suae Celsitudinis erogati ++++++ fl. 6.

Salarium D. Sterbich. +++ fl. 68. d. 86.

Pro Saccis ++++++++++++ fl. 1.

In Officiales Camerae Cremniczium tempore leuationis Piseti sunt consumti d. 94.

Summa administrationis, et erogationis facit ++++++++++++++++++++++ fl. 6937. d. 17.

Prouentus Piseti anni 1670.

Hoc anno ad rationem Celsissimi Principis Domini Domini Archiepiscopi Strigoniensis ex Marcis Argenti 25608. proueniunt in Pisetum Taleri 4219. $\frac{3}{4}$. d. vero 557. facientes flor. 6335. d. 19. $\frac{1}{2}$.

Item ex Auri Marcis 528. proueniunt in Pisetum Aurei 181. d. 380.
facientes ++++++++++++++++++++ fl. 540. d. 80.

Facit Introitus Piseti ++ fl. 6881. d. 99$\frac{1}{2}$.

Administratio Piseti.

Anno 1670. die 1. Aprilis praesentati suae Celsitudini Archiepiscopali in Grossis fl. 1050. in Aureis vero 20. et d. 71. fl. 60. d. 71. facientes in toto flor. 1110. d. 71.

Anno 1670. die 4. Decemb. administrati suae Celsitudini in Grossis fl. 2355. in Aureis vero 60. fl- 180. fl. 2535.

Anno 1671. die 2. Febr. administrati suae Celsitudini in Grossis fl. 2848. d. 20. in Aureis vero 101. et Denar. 310. fl. 306. et d. 10. facientes in toto fl. 3154. d. 30

Salarium D. Christiani Stirbich. flor. 68. d. 86.

Per annum Tirnauiam, et Posonium cum prouentu Pisetali ad suam Celsitudinem

Archiepiscopalem ambulando consumti sunt in itinere ····················· fl. 12.

Pro Saccis erogati sunt fl. 1. d. 12.$\frac{1}{2}$.

Summa administrationis, et erogationis facit ······················· fl. 6881. d. 99$\frac{1}{2}$.

Introitus Piseti anno 1671.

Ad rationem suae Celsitudinis Archiepiscopalis D. D. gratiosissimi ex argenti marcis 41575. prouenerunt hoc anno in Pisetum Tall. 6852. $\frac{1}{2}$. d. 737. $\frac{1}{2}$. facientes in bona moneta flor. 10286. d. 12. $\frac{1}{2}$.

Item prouenerunt ex auri Marcis 709. Aurei Ducati 245. d. 315. facientes fl. 738. d. 15.

Facit introitus Piseti fl. 11024. d. 27 $\frac{1}{2}$.

Administratio Piseti.

Anno 1671. die 10. Iulii administrati suae Celsitudini in aureis 60. flor. 180. in grossis vero fl. 4500, facientes in toto flor. 4680.

Anno 1672. die 25. Martii administrati suae Celsitudini ex Piseto 1671. in aureis 185. et d. 3. fl. 558. d. 15. in grossis vero fl. 5714. d. 56. $\frac{1}{2}$. facientes in toto fl. 6272. d. 71. $\frac{1}{2}$.

Salarium D. Christ. Stirbich fl. 68. d. 86.

Posonium cum Prouentu Pisetali ad suam Celsitudinem ambulando comsumti sunt in itinere ••••••••••••••••••••••• fl. 1. d. 50.

Pro Saccis expositi sunt •• fl. 1. d. 20.

Summa administrationis, et erogationis •••••••••••••••••••• flor. 11024. d. 27 ½.

Prouentus Piseti anno 1672.

Prouenerunt hoc anno ad rationem suae Celsitudinis Archiepiscopalis Domini gratiosissimi ex marcis argenti 41686. Taler. 6871 ¼. d. 694. facientes in bona moneta fl. 10313, den. 87. ½.

Item ex Auri marcis 617. prouenerunt suae Celsitudini Aurei 212. d. 395. facientes flor. 639. d. 95.

Introitus Piseti facit fl. 10953. d. 76. ½.

Administratio Piseti.

Anno 1672. die 25. Martii praesentati suae Celsitudini archiepiscopali in Grossis fl. 1245. in aureis vero 32. et d. 90. fl. 96. d. 90. facientes fl. 1341. d. 90.

Anno 1672. die 4. Septemb. assignati manibus Generosi Domini Praefecti D. Ioh. Maholány in grossis fl. 4610. d. 20. in aureis vero 76. fl. 228. facientes in toto flor. 4838. den. 20.

Anno 1673. die 27. Ianuar. administrati suae Celsitudini archiepiscopali in grossis 4687. d. 93. ½. in aureis vero 104. et d. 305. fl. 315. d. 5. facientes in toto fl. 5002. d. 98. ½.

Salarium Domini Christiani Stirbich flor. 68. d. 86.

Pro Saccis ·········· flor. 1. d. 20.

Summa administrationis, et erogationis ···················· fl. 11253. d. 14. ½.

Erogatio superat introitum fl. 299. d. 38.

Introitus Piseti anno 1673.

Prouenerunt hoc anno ad rationem Celsissimi Principis D. D. gratiosissimi ex Argenti marcis 38835. Tal. 6401. et d. 627. ½. facientes in bona moneta fl. 9608. d. 52. ½.

Ex Auri marcis 70. prouenerunt suae Celsitudini Aurei — 4. d. 135. facientes fl. 733. d. 35.

Facit introitus Piseti fl. 10341. d. 87. ½.

Administratio Piseti.

Anno 1673. die 23. Augusti administrati suae Celsitudini Archiepiscopali in Grossis fl. 5400. d. 63. in aureis vero 108. et d. 80. fl. 324. d. 5. facientes in toto fl. 5725. d. 13.

Anno 1674. die 5. Febr. administrati suae Celsitudini archiepiscopali in Grossis fl.

4138. d. 85. ½. in Aureis vero fl. 136. et d. 85. fl. 408. d. 85. facientes fl. 4547. d. 70 ½.

Salarium annuale Domini Christiani Stierbich .... fl. 68. d. 86.

Pro Saccis .... d. 18.

Summa administrationis, et erogationis facit .... fl. 10341. d. 87. ½.

Introitus Piseti 1674.

Ad rationem suae Celsitudinis Archiepiscopalis ex Marcis Argenti 47778. prouenerunt hoc anno in Pisetum Tal. 787. et den. 587. facientes flor. 11822. d. 12.

Item ex Auri marcis 70. prouenerunt suae Celsitudini aurei 245. et d. 80. facientes fl. 737. d. 80.

Facit introitus Piseti fl. 12559. d. 92.

Administratio Piseti.

Anno 1674. die 8. Octobris administrati suae Celsitudini archiepiscopali ex Piseto 1674. in Grossis fl. 8310. in aureis vero 150. et d. 120. fl. 457. d. 20. facientes in toto fl. 8761. d. 20.

Anno 1675. die 31. Augusti administrati suae Celsitudini in Grossis fl. 3442. d. 50. in aureis vero 95. d. 160. flor. 286. d. 60. facientes floren. 3729. d. 10.

Salarium annuale Domini Christiani Stierbich .... fl. 68. d. 86.

Pro Saccis .... d. 76.

Summma administrationis, et erogationis facit .... fl. 12559. d. 92.

Introitus Piseti 1675.

Ad rationem suae Celsitudinis archiepiscopalis ex argenti marcis 56354. prouenerunt hoc anno in Pisetum Taleri 9621. ½. d. 691. facientes in bona moneta fl. 14439. d. 16.

Item ex Auri marcis 852. prouenerunt suae Celsitudini in Pisetum Aurei 294. d. 420. facientes .... fl. 886. d. 20.

Facit .... fl. 15325. d. 36.

Administratio Piseti.

Anno 1675. die 28. Aug. administrati suae Celsitudini Archiepiscopali in grossis fl. 7913. in Aureis vero 104. fl. 312. facientes in toto fl. 8225.

Anno 1676. die 9. Maii administrati suae Celsitudini in Grossis fl. 6416. d. 74. in Aureis vero 190. et d. 420. fl. 574. d. 20. facientes in toto fl. 6990. d. 94.

Salarium Chr. Stierbich fl. 68. d. 86.

Salarium substituti Pisetari Domini Godefridi Schreter bonae monetae fl. 39.

Pro Saccis ·············· fl. 1. d. 20.

Haydonibus Camerae Cremniczensis pro bibali, qui pecuniam pisetalem portarunt ad domum suae Celsitudinis pisetariam dati sunt d. 36.

Summa administrationis, et erogationis flor. 1532536.

Hoc Fragmentum transcriptum est ex authographo, quod Ill. D. C. FR. XAV. TOLVAY de Köpösd, (tit.) etc. etc. Museo SS, et OO. Regni Hungarico donavit.

VII.

ANT. HAMMERSCHMIDT

S. C. R. et A. in M. Principatu Transiluaniae Monetarum Magistri Opinio super verò et genuino sensu Piseti.

Nachdeme bey Gelegenheit des Anno 1793. zu Klausenburg für gewesten Landtags, und Deputations Verhandlungen, zu Aufklärung einiger Gegenständen, mir Endesunterzeichneten gewisse Fragen zugekommen sind, worunter auch die Erörterung des Ursprung, und Namen, des sowohl in Königreich Hungarn, als auch in hiesigen Grossfürstenthum Siebenbürgen, bey der Krudo-Berg-Gold-Einlösung üblichen Piset-Gewichts verlanget worden, weil in denen *Approbatis Constitutionibus Part. II. Tit. XVI. Art. IV.* des Piset Gewichtes nur mit der Benennung *Schwere* gedacht wird; so ware erforderlich den Grund von bemeldeten Piset-Gewicht aus der Geschichtskunde zu erörtern, und folglich nur aus dem Alterthum zu erforschen, weil das

angeführte Wort *Schwere* oder *Gewicht* zu unbestimmt, und ein so dunkles Wort ist, daſs es mit keinem bestehenden Gewicht unserer Zeiten in einer Verbindung stehet, weder daraus hergeleitet werden könne, sondern mich nur an die Worte des Berg-Geschicht-Schreibers KÖLESERI zu halten bemüssiget wäre, *wie daſs zu seiner Zeit das Piset der 48-te Theil einer Mark gewesen seye;* so glaube solches folgender Maſsen gründlich erörtert zu haben:

Erstens: Lehret die allgemeine Weltgeschichte, daſs der römische Kaiser TRAIANVS ohngefehr an. 98. nach Christi Geburt unseres Erlösers auf den Thron gekommen, und in das 19. Iahr bis An. 117. regierte, dieser ein Spanier von Geburt wäre, Dacien zu einer römischen Provinz machte, und zu in Zaumhaltung der Dacier mehrere Legionen in diese Provinz abschickte.

Zweitens: Bey denen Römern die allgemeinste Münze das sogenannte *As*, *Aes*, *Assis*, (alle von einerley Bedeutung) nach den LIVIVS, und PLINIVS wäre, welche in seiner ersten Prägung ein Pfund wäre, und *Liberalis* hieſse, seine Eintheilung geschahe in 12. Unzen, wovon die *Semis*, oder das halbe *As* 6. Unzen, die *Triens*, oder der dritte Theil, 4. Unzen die *Quadrans*, oder der vierte Theil an *Teruncius*, oder 3, endlich der *Sextans*, oder der sexte Theil von

As, zwey Unzen woge, jedoch die Unze wiederum in kleine Theile, als *vnciam Semis Drachmas*, *Scrupulos*, und *Grana* eintheilten, daſs mithin eine Unze 6. *Drachmas*, 8. Unzen, also 48. Unzen ausmachen. Da nun 6. Unzen ein halbes römisches Pfund, und also 8. Unzen eine Mark, oder 16. Loth nach itziger Benennung darstellen, diese aber so leicht waren, daſs sie nur 14. Lt. 1. Qt. nach den dermaligen Wiener Gewicht betragen, dieweil ein einzelnes Piset - wiener 1. 9. $\frac{3}{4}$. d. wäget, demnach KÖLESERI Recht hat, daſs nach den damalen — und noch ältesten Zeiten bey der Krudo - Gold - Einlösung gebräuchlich gewesten geringeren Römischen Unzen, oder Mark Gewicht, das Piset der 48-te Theil einer solchen Mark, oder ein Drachma gewesen, und jedes Piset in zehn so genannten Denarien verjüngert ist.

Drittens: Der Gebrauch des Römischen *As*, oder Pfunds, ingleichen *Semis*, und so weiter überhaupt auch in Handl und Wandl die gesammten der Römischen Herrschaft ehemals unterworfen gewesten Provinzen sich erprobet; immaſsen in Welsch-Tyrol zu Botzen eine dortige Mark von 16. Lothen würklich nur mit 14. Loth 1. Qt. Wiener-Gewichts sich vergleichen; auſserdeme sind mehrere mit dieser beinahe übereinstimmenden Schwere ausländische Gewichte anzutreffen,

die gegen der Wiener Mark, wie von Augspurg, Bremen, Nimwegen, Nürnberg, Prag in Böhmen, Verona in Welschland, und Bordeaux in Frankreich respective 14. Lt. — Q. 14. Lt. 2. Q. 1. d. 14. Lt. 2. Q. 2. d. 14. Lt. — Q. 2. d. aufser noch verschiedenen Bruchtheilen, betragen, weil die benanntes gemein Gewicht von Zeit der Römer Herrschaft, wiewohlen mit einiger Abwechslung, theils beybehaltene, und andern theils Nachbarschaft, und Handelsverkehr wegen angenommene Städte, und Länder noch gegenwärtig desselben sich bedienen.

Viertens: Aus allen vorangeführten nun sich von selbst ergiebet, dafs an Stelle des vorhinnigen geringeren Unzen, oder Römischen Mark-Gewichtes anstatt 48. Pisetten, oder Drachmen auf eine um 1. Loth 3. Qt. schwereren Wiener Mark 53. $\frac{17}{19}$tl Piset, oder 53. Pisete 8. $\frac{18}{19}$ Denarien gehen müfsen; durch die also noch bestehende Unabänderlichkeit der oft gedachten Piset-Gewicht-Gebrauches bey der Krudo-Gold-Einlösung niemand verkürzet wird, da um so mehr nach Maas des in Cours gestandenen Ducaten, laut schon in Eingang angeführten Constitutionen *Part. II. Tit. XVI. Art. IV.* für das Piset Wasch-Gold in *Puluere* die Bezahlung mit 1. hungarisch. Gulden 80. Denarien, in *Ligato* aber mit 2. Hungr. 20. Denar. bestimmet ware, jedoch da

vermög Münz-*Edict* Wien ddo 28. Nouemb. An. 1692. der Dukaten bis auf 4 fl. gestiegen ware, ganz glaubbarlich auch schon damalen der Einlösungs-Preis für ein Piset Krudo Wasch, und amalgamirtes Gold um 1. Rh. fl. erhöhet, folglich respectiue zu 2. fl. 30. xr. und 2. fl. 45. xr. bezahlet wurde, der Einlösungs-Preiſs aber wegen auf 4. fl. 30. xr. nun in Cours erhöheten Dukaten, für 1. Piset in *Puluere* mit 2. fl. 4. xr. und für das in Ligato mit 2. fl. 59. xr. dermalen vergüttet wird. Weiters ebenfals in der Münzkunde, und Münz-Cabineten ein klarer Beweiſs aufgestellet ist, daſs um das Iahr der Geburt Christi Denarien geschlagen worden, die ein *Sextulum*, oder den sechsten Theil einer Unze gewogen, und auch noch um das Iahr Christi 227. von Kaiser ALEXANDER AVRELIVS, sonst SEVERVS genannt, ist ein solcher *Denarius* einem griechischen *Drachma* in der Schwere gleich gewesen, welche Denarii von gemeldten ALEXANDER SEVERVS an, weiterhin von allen folgenden Kaisern in gleichen Gewicht bis zum Todt des in 814. Iahr Christi gestorbenen Franken Königs, und dreyzehn jährigen Kaisers CAROLI MAGNI geschlagen würden, Schluſsfolglich um so zuverläslicher das noch in Ungarn, und Siebenbürgen beybehaltene, jedoch nur allein bey der Crudo-Gold-Einlösung übliche Piset Gewicht von den Römischen, und Griechischen gemein Ge-

wicht, oder *As liberalis* nicht nur seinen Ursprung, sondern auch sein Alterthum, und gesetzmäſsigkeit beweiset.

Es übriget mir also nur noch zu erörtern, warumen unserem Piset an Stelle des wirklichen *Sextuli* von einer Römischen Unze, oder des Drachma der Namen Piset beygelegt worden? und wie mir mit aller Wahrscheinlichkeit gedunket, diese Benennung aus zwey wichtigen Bemerkungen entsprungen ist?

Erstens: Aus dem Buch MOISIS in der heiligen Schrift erhellet, daſs die Iuden auch Gold-Münzen geschlagen haben, sie nannten in ihrer Sprache das ganze reine Gold *Zahaff*, das Wasch-Gold hingegen *Paz*; es scheinet also, daſs entweder schon damalen das Gewicht des Wasch-Goldes *Pazat*, oder *Pazet*, oder wohl gar ihre Nachkömmlinge, oder wenn die Römer aus verschiedenen Nationen bestanden sind, und Colonien in Dacien schikten, Sie das Wort, oder das Gewicht als dem lateinischen mehr anpaſsend, vielleicht in Piset verwandelt haben, und etwan hiemit hat angedeutet werden wollen, daſs das Piset-Gewicht eigentlich nur für das mit Silber ♀ und Eisen noch vermengte Wasch-Gold gewidmet seye, gleich wie die Iuden auch dreyerley Säckel-Münzen, nemlich Heiligthums, Kaisers, und Lands-Säckel hatte, und jeder ihr eigenes Gewicht, so wie ihr Werth anbestimmet ware.

Zweitens: Da Kaiser TRAIAN ein Spanier ware, und zugleich als ein Recht, und Gerechtigkeit aufrecht zu erhalten beflieſsener Regent geschilderet ist, so kann auſser vorangeführten Vermuthung das Wort; nemlich aus *Pie* from, und *Seit* sechs zusammen gesetzet, und in Piset elidiret worden seyn, hierdurch gleichsam ein frommes, oder heiliges Sechstl andeuten wollend, oder weil etwa ein sechster Theil von Einkünften, als Opfer oder andere milde Gaaben zu damaliger Zeit mit Wasch-Gold entrichtet werden muſsten.

Ich will jedoch beydes zu Ausfindung, oder Verdolmetschung des Wortes *Piset* weiterer Prüfung, und Nachforschung überlaſsen, daſs aber gleichwohlen unser Piset-Gewicht das *Sextulum* von einer Römischen Unze ist, seine unbezweifelte Gewiſsheit hat; es mag nun selbes was immer für einen Namen für sich haben, so bleibet es doch immer das vielleicht schon vor mehr als zwei tausend Iahren zum einlösen des Crudo, oder unreinen Wasch- und Berg-Goldes üblich geweste, und noch dermalen unverändert vorhandene Piset Gewicht. Karlsburg den 30-ten Decemb. 1794. *Anton Ioseph von Hammerschmidt* k. k. Münz-Meister *m. p.*

Haec Opinio huc translata est in gratiam Cultorum Rei numariae ex Manuscriptis Serenissimi Archi-Ducis IOSEPHI, D. D. Regni Palatini.

VIII.

DATA MONETARIA.

1. Aus einem Piset Gold werden 1. $\frac{5}{8}$. Ducaten ohngefähr ausgemünzt.

2. Der Schlagsatz beim Golde, das ist der Profit, das Regale des Münzhauses sind 2. $\frac{2}{5}$. pro Cento, beim Silber 1. fl. von der Mark.

3. Im Iahre 1800. sind in 4 Groschenstücken verfertiget worden eine million sieben bis achtmal hundert tausend Gulden, die Mark Silber per 48. fl. Der Profit macht gegen 700,000. fl.

4. In Ungarn und Siebenbürgen, wie auch in Banat werden darum mehrere griechiesche Gold-Münzen gefunden, weil die Ungern bis Zeiten CAROLI I. keine eigene Ducaten hatten, sondern Byzantiner im Handel brauchten.

5. Der selteneste ungarische Ducaten ist CAROLI I. und wird nur in wenigen Münz-Sammlungen angetroffen.

6. Mit den Marienbild liefs zu aller erst MATHIAS I. die ungarischen Ducaten prägen.

7. Diese löbliche Gewohnheit ist von allen seinen Nachfolgern bis zu gegenwärtigen Zeiten beybehalten worden, und die Ducaten mit dem Frauenbild sind in der ungarischen Numismatik unter den Namen *Körmöczy Arany* bekannt.

Ex Chartis idiographis CAR. EDER cuius suppellectilem Manuscriptorum Museum nationale 4500. Rhenensibus redemit.

ACCESSIONES NOVAE
ad Sylloge Constitutionum monetalium, et metallicarum Regni Hungariae.

Ex Authographis, et Transumtis authenticis Széchényianis editarum.

XLI.

A. C. 1323. *Carolus I.* Rex Capitulo Ecclesiae Albensis in Transiluania praecipit, vt dimidium Fertonem in subsidium cudendae bonae monetae per Regnicolas oblatum de singulis Portis exigi, ipsam autem Monetam in suis Bonis recipi faciant.

CAROLVS Dei Gratia Rex Hungariae Fidelibus suis Capitulo — — — — Ecclesiae Transiluaniae Salutem et Gratiam. Noueritis, quod Praelati, Barones, et Nobiles Regni nostri habito inter se diligenti, et vnanimi Colloquio, ad nostram accedentes praesentiam humiliter a nobis postularunt, quod, quia per indebitam monetam Camerae nostrae, Regnicolae nimium grauarentur propter restaurationem pristini Status Regni nostri, et vtilita-

tem meliorem bonam nouam Monetam perpetuo durabilem, et per totum Regnum nostrum vbique discurrendam fabricari faceremus, et vt hoc concederemus, iidem Praelati, Barones, et Nobiles Regni nostri de singulis Portis Iobagyionum suorum, et aliorum omnium populorum in Regno nostro existentium, nullo penitus exemto, videlicet tam in Ciuitatibus etiam, quam in Oppidis constitutorum singulos dimidios *Fertones* cum Argento vel Denariis iuxta valorem Argenti hoc anno nobis dari, et persolui ordinantes assumserunt. Vnde nos iustis petitionibus eorumdem Praelatorum, Baronum, et Nobilium Regni nostri inclinati, vt teneremur, Cameras nostras, seu Comitatum Camerae per totum Regnum nostrum Comitum Heys, Ladislao dicto Gurhes, Emerico fratri Domini Episcopi Varadiensis Petro dicto Peulderet, Iasreh fidelibus nostris simul cum praedictis dimidiis Fertonibus vendidimus, et loquauimus bonos nouos Denarios, scilicet octauae coctionis per totum Regnum nostrum ad pondus Denariorum banalium antiquorum, quos Stephanus quondam Banus tempore Domini Belae Regis — — — — um — — — — bonae recordationis cudi fecerat, per eosdem Comites Camerarum nostrarum praecipiendo, et committendo fabricandos, ac per totum Regnum nostrum absque contradictione aliquali perpetuo discurrendos, ordinandoque,

et statuendo, vt pro tribus Viennensibus vnus nouus Denarius Camerae nostrae, et pro duobus antiquis Banalibus similiter vnus nouus Denarius, pro vno autem Grosso boemicali tres noui Denarii, pro argento vero cum pondere Budensi ad vnam Marcam quinque Pensae nouorum Denariorum ab ipsis Comitibus Camerae nostrae cambiantur. Quapropter Fidelitati Vestrae praecipimus per praesentes, quatenus, dum iidem Comites Camerae nostrae, vel aliquis ex ipsis, seu Officiales ipsorum praedictos nouos Denarios nostros in medium populorum vestrorum vbique existentium portauerint, per eosdem populos vestros diligenter suscipi, honorifice acceptari, et po - - - currere, ac cambiri ordine praescripto absque contentione faciatis, et ipsos dimidios fertones de singulis portis, et mansionibus cum argento, vel Denariis ad valorem argenti ipsis Comitibus Camerae nostrae, vel alicui ex ipsis, seu Officialibus ipsorum ad hoc deputatis praesente homine Magistri Nicolai dispensatoris nostri, quem iidem Comites Camerae nostrae eis pro Socio a Nobis petierunt, ex integro dari, et plene persolui facere debeatis, aliud non facturi, alioquin damnum, si quod Camera nostra ex parte populorum vestrorum patietur, per eosdem populos vestros cum ipsorum grauamine restaurari faciemus. Datum in Temesvár in Festo Epiphaniae Domini Anno eiusdem 1323.

XLII.

1384. *Maria* Regina Cassouienses iubet Census, De-
cimas, Tributa, Telonia, etc. in Moneta no-
ua, quae *Corona* dicitur, soluere.

MARIA Dei Gratia Regina Hungariae Dalmatiae, Croatiae etc. fidelibus suis Iudic Iuratis, Ciuibus, et vniuersis hospitibus Ciui tatis nostrae Cassouiensis Salutem, et Gratiam Ex insinuatione prouidi Viri Nambusculi de Florentia, Comitis Tricesimarum nostrarum nobis facta percepimus, quod nonnulli foren homines ex Conciuibus vestris, et etiam ali Mercatores extranei, cum Prouinciales, e Aduenae, qui Tricesimas ex parte ipsorum, et eorum mercibus prouenientlas, et proue-niri debendas sibi, et suis hominibus in loco Tricesimali in dicta Ciuitate nostra, vestri videlicet in medio constitutis, et Deputatis iuxta nostrum Reginale Edictum cum Flore-nis aureis, vel pro floreno aureo centum De-narios de noua nostra Moneta *Coronas* dicta, contumaciter persoluere non curassent, et nec curarent de praesenti. In quo nobis, et Ca-

merae nostrae damnum euenisset satis magnum, cum tamen vniuersis Praelatis, Baronibus, Comitibus, Castellanis, Nobilibus, et possessionatis hominibus, et alterius cuiusuis Status Regni nostri hominibus, mediantibus aliis Litteris nostris vtilitati, et commodo Regnicolarum nostrorum inuigilare volentes dederimus Reginalibus firmissimis in mandatis, vt ipsi, et quilibet eorum in suis possessionibus, Villis, Tenutis, Honoribus, Officiolatibus dictam Monetam nostram nouam discurrere faciendo, vniuersas Decimas, Collectas, Tributa, Telonia, Tricesimas, Censualia debita cum eadem Moneta nostra exigere, et exigi facere deberent, et tenerentur, ob hoc Fidelitati vestrae firmo Reginali damus sub Edicto, quatenus a modo in antea quilibet vestrum vniuersas Decimas, Collectas, Tributa, Telonia, Census, et Debita ex parte vestri prouenientia, et prouenire debendas cum supra dicta nostra moneta *Coronas* dicta soluere debeatis, et per vniuersos, et quoslibet Conciues, et Cohospites vestros, Mercatores, et alterius cuiusuis status homines comprouinciales, et extraneos, seu aduenas in dicta Ciuitate nostra Cassouiensi commorantes, confluentes, ac per eandem transeuntes eidem Nambusculo Comiti Tricesimarum nostrarum, vel hominibus Tricesimae, vt praefiximus, in medio scilicet vestri in dicta Ciuitate constitutis, et

existentibus mercimonialium prouenienda m, seu prouenire debenda iuxta qualitatem cum praedicta noua Moneta nostra *Coronas* dicta pro quolibet Floreno centum Denarios exigi facere debeatis, et si aliqui eorundem Mercatorum in huiusmodi solutione ipsius Tricesimae nostrae, Nambusculo Comiti nostrarum Tricesimarum, vel suis hominibus rebelles, et contumaces existerent, ac reperirentur, et vos exinde idem Comes Tricesimarum vel homines sui requisitos habuerint, extunc huiusmodi rebelles, et contumaces ad veram, et iustam sulutionem ipsius Tricesimae nostrae adstringendo compellatis nostra Reginali authoritate mediante. Quod si feceritis, bene quidem, alioquin omne damnum, quod nobis exinde in hac parte eueniret, reputabimus per vos, et vestram tepiditatem nobis fore factum euenisse, quod tandem super vos, et de Bonis vestris resarciri, et recuperari faciemus incunctanter, de quo tandem nostrae non poteritis imputare maiestati. Et haec volumus in foris, et locis publicis palam facere proclamari. Datum Strigonii secundo die festi Beati Georgii Papae Anno Domini Millesimo tercentesimo octuagesimo quarto.

XLIII. (= XLVII?)

1430. Sigismundus ius cudendae minoris monetae argenteae, *Quarting* nominatae, forma et pondere in Collationalibus praescripto Ciuitati Posoniensi confert.

Nos SIGISMVNDVS Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus, ac Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae etc. Rex. Memoriae commendamus, tenore praesentium significantes, quibus expedit, vniuersis, quod nos habentes debitum respectum ad fidei firmitatem, et constantem fidelitatem, sagacemque procurationem, ac diligentem, et assiduam solicitudinem fidelium nostrorum dilectorum, prouidorum, et circumspectorum Virorum, Iudicis, Iuratorum, ac caeterorum Ciuium huius nostrae Ciuitatis Posoniensis, quos in omnibus nostris obsequiis, negotiis, et expeditionibus, eorum procurationi, et expeditioni, per nos commissis, et confisis, fideles semper reperimus, et solertes, de eorum fidelitate, et agili exercitio, et procuratione diligenti, et etiam vlterius ad plenum confidere volentes, sumtaque ex eis, et admodum pro-

bata fiducia a certo tenentes, quod ipsi ea omnia, quae ipsorum dispositioni, procurationique, et expeditioni comiserimus, diligenter, et solerter facient, et gubernabunt, ac fideliter augmentabunt, Cameram, ac Comitatum, seu Officium cusionis Monetarum nostrarum, quam in ipsa Ciuitate nostra Posoniensi fieri volumus, simul cum omnibus directionibus quibuslibet, nec non Libertatibus, Exemtionibus, Praerogatiuis, et facultatibus solitis, et consuetis, eisdem Iudici, Iuratis, et Ciuibus nostris Posoniensibus, tanquam ad fideles manus duximus comittendum, ipsosque Ciues in Comites huiusmodi cusionis Monetarum nostrarum praeficiendo, et constituendo, immo comittimus, praefecimusque, et constituimus Praesentium per vigorem ita videlicet, quod iidem Ciues nostri nouam monetam nostram argenteam minorem, vulgariter *Quarting*, seu *Fürting* appellatam, sic et eodem modo, ac sub illa Liga, et forma, prout scilicet, et quemadmodum eadem moneta nostra in Camera nostra Cremnicziensi, et etiam in aliis Cameris nostris de nostrae Maiestatis, Praelatorumque, et Baronum nostrorum vnanimi Decreto superinde facto cuditur, cudi faciant, et elaborare, ipsa siquidem moneta nostra minor, *Quarting* vocata taliter, et sub tali Lege cudi debet, quod ad quamlibet marcam argenti fine

singulae septem marcae Cupri addi debent, et admisceri, et de vna quaque marca talis commixturae quingenti Denarii cudantur, et laborentur, eademque moneta nostra ex vna parte habebit Crucem duplicatam, ex alia parte vero Coronam, seu formam Coronae, et Denarii quadringenti eiusdem minoris Monetae pro vno floreno auri cursum habeant, et recipiantur. Item disposuimus, et decernentes volumus, quod imprimis pro inchoatione, seu inceptione huius cusionls monetae nostrae, et ad emendum argentum, ac cambium faciendum nos 1200. Florenis Auri ipsi etiam Ciues nostri modo simili mille ducentos florenos similiter auri, qui simul computando faciunt duo millia et quadringentos florenos auri dabimus, et assignari faciemus, darique debent et assignari, quae quidem Summa duorum millium, et quadringentorum florenorum auri semper in ipsa Camera nostra pro praemissis expediendis debet remanere, et quidquid lucri fuerit in moneta, vel Cambio, tum praetactis duobus millibus, et quadringentis florenis auri faciendo, post expeditionem solutionis argenti, et Cambii praedictis de huiusmodi lucro ipsi Ciues Posonienses coram fidelibus nostris Magnificis Stephano, et Georgio de Rozgon Comitibus nostris Posoniensibus, vel eorum altero debitaque huiusmodi ratione medietatem talismodi

lucri ex cusione monetae, vel Cambio prouenientis praetacti Comites Posonienses nomine nostrae Maiestatis tollere debent semper, et leuare, aliam vero medietatem eiusdem lucri memorati Ciues nostri ad se tollere, et recipere, ac pro re publica, et communi bono dictae Ciuitatis nostrae exponere deberent, et dispensare, tandemque iidem Ciues nostri de dispositione, et expositione huiusmodi singulis quatuor temporibus anni praetactis Comitibus, vel aliis nostris Officialibus, quibus comiserimus plenam Rationem dare teneantur. Item volumus, vt in Comitatibus Posoniensi, Mosoniensi, Sopronìensi, Castri ferrei, Zaladiensi, Nitriensi, Komáromiensi, Iauriensi, et in Prouinciis Regni nostri Sclauoniae, nec non in Ciuitatibus Posoniensi, Tyrnauiensi, Trynchiniensi, Sòproniensi, Komáromiensi, Samaria, Tatha, Leopoldstorf, Dewen, O-wār, alias Altenburg, Neusidel, Kis-Márton, nullus alter audeat, seu praesumat argentum, et florenos auri, nec non Monetas quascunque emere, seu cambire quoquo modo sub poena ablationis eorundem, nisi Ciues nostri praenotati ad praescriptam Cameram nostrae Maiestatis. Et si aliqui homines, seu Mercatores de Partibus nostris inferioribus, puta: de Rascia, vel aliunde ad hanc Ciuitatem nostram Posoniensem aliquod argentum causa venditionis, seu Cambii portauerint, extunc etiam

tales huiusmodi argentum ad dictam Cameram nostram Posoniensem ipsis Ciuibus nostris, et nemini alteri pro pretio condigno dare, et assignare teneantur, alioquin ipsi Ciues nostri talismodi argentum sine aliquali pretio ad dictam Cameram nostram auferendi habeant facultatem, item omnes expensae, quae in expeditionibus praemissorum necessario fieri debent, de praescripto communi lucro cusionis Monetae nostrae praedictae, tam scilicet nostro Regali, quam ipsorum Ciuium fiant, et persoluantur. In cuius rei testimonium praesentes Litteras nostras Sigillo nostro secreto, quo, vt Rex Hungariae vtimur, fecimus consignari. Datum in dicta nostra Ciuitate Posoniensi feria secunda proxima post Dominicam Inuocauit, millesimo quadringentesimo, Regnorum nostrorum anno Hungariae quadragesimo tertio, Romanorum vigesimo, et Bohemiae decimo. (L.S.)

XLIV.

1405. Sigismundus concedit montanis Ciuitatibus singulare Priuilegium.

SIGISMVNDVS etc. vniuersis Christi fidelibus praesentibus pariter, et futuris perennem notitiam habituris salutem in omnium Saluatore. Sceptrigera Regalis Dignitatis altitudo et vigilantiori cura Subditorum suorum conseruationem, ac tranquillitatem exquirit, quo felicitatem publicam in sui augmentum, et gloriam, calamitatem vero in sui certum detrimentum, et ignominiam redundare, neque enim Princeps potest esse inglorius, qui de Subditorum pace, et securitate semper cogitet, neque non ignauus, qui futuris malis, et periculis non prouidet, quando potest, hinc est, quod conuocatis ex omnibus Regni nostri Comitatibus ac Districtibus Ciuitatum, oppidorum, et Liberarum Villarum Regiae Iurisdictioni pertinentium Nuntiis et Legatis, auditis, et intellectis eorum et cuiuslibet ipsorum petitionibus, et querelis de Praelatorum, Ba-

ronum, et potiorum Regni nostri Procerum ipsorum etiam Legatorum consilio matura quoque superinde deliberatione praehabita pro bono, et pacifico statu, euidentique vtilitate totius Regni quasdam Ciuitates murorum ambitu cingendas, quasdam liberas Villas, seu Oppida Ciuitatis honore sublimandas, quasdam Consuetudines, quae potius abusiones videbantur, abolendas, quasdam moderandas, quasdam in melius reformandas, quaedam etiam de nouo statuenda decreuimus, sanximus, et ordinauimus, prout infra: ad quam rem vna potissimum consideratio mentem nostram induxit, quod retroactis temporibus, prout in Chronicis legitur Hungarorum, hoc Regnum nostrum variis saepe afflictionibus interdum per Bissenos, aliquando per Tartaros, nonnunquam per alios Paganos, nouissime vero Turcos irrogatis solummodo ob muratarum Ciuitatum, seu aliarum munitionum carentiam, et defectum, cum homines, vbi se, Bona sua recludere, seu reducere possent, Loca fortia non haberent, quin imo cuncta exposita praedis Hostium in propatulo subiacerent, miserabiles desolationes, tristissimas Populorum abductiones, et generaliter innumerabilia, quae horror est referre, et inaestimabilia pertulit detrimenta. Primum quidem quorumdam Subditorum nostrorum precibus inclinati, Libertates infra declarandas statuimus, quod in

omnibus Ciuitatibus, Oppidis, Castris, et Villis, et generaliter vbicunque intra Regni nostri ambitum, tam in nostris, quam aliorum quorumcunque sint, Libra, Statera, Vlna, Mensura vini, frugum, et generaliter omnes res mensurabiles, et ponderabiles ponderentur, et mensurentur secundum mensuram Ciuitatis nostrae Budensis, demtis tantummodo mensuris Decimarum, et Montium, Tributorum, vulgo Hegyváin, et in Teutonico Berg-Recht, ac Lucris, Censibus, Fundis, et Redditibus Presbyterorum, et Virorum Ecclesiasticorum, quos in suis statu, et iustitia, quantitate, et valore volumus permanere, si quis autem contrarium facere praesumserit, incidet in poenam amissionis Rei ponderatae, vel mensuratae, perdendo pro parte ponderata, vel mensurata totam rem ponderandam, vel mensurandam. Sanximus praeterea Mercatoribus forensibus in Ciuitatibus quibuslibet pannos incidere, et ad vlnam vendere, imo nec pauciores sex scamnibus simul vendere vllo tempore, etiam diebus Nundinarum non licere, dummodo iidem Mercatores sex pannos, vel plures habere dignoscerentur, si vero pauciores sex haberent, eosdem integros vendere, vel commutare valeant, vtque possint, quod si secus attentatum fuerit, perdantur quaelibet Scamna contra huiusmodi ordinationem nostram vendita, alienata, vel com-

mutata, nec non pecunia, si quae forte soluta fuisset, pro eisdem decreuimus insuper, quod nullus Publicus Notarius in Causis, quae inter duos Laicos vertuntur, siue coram Iudice Ecclesiastico, siue Saeculari, procurare audeat, vel vllatenus aduocare, sed nec extraneum Testimonium inter Ciues locum habeat, nec Nobiles, seu viri Ecclesiastici Inquisitiones possint facere contra eos. Porro omnibus, et singulis Ciuibus, Hospitibus, et Populis quarumcunque Ciuitatum nostrarum, et Liberarum Villarum alicui ex principalioribus Ciuitatibus adnexarum a quacunque Sententia per eorum Iudices, et Ciues lata ad Magistrum Tauernicorum nostrorum, vel ad Iudicium illius Ciuitatis, cuius Libertate talis Ciuitas, vel Villa libera fungitur, liceat appellare, nec ab illorum, ad quos appellatum fuerit, Iudicatu, vel Sententia sit vlterius in aliorum Iudicium praesentiam procedendum, sed ipsa Causa debeat coram eisdem finaliter terminari. Ad haec quemadmodum ex antiqua Regni nostri consuetudine, per diuos Reges Praedecessores nostros, et Nos hactenus obseruata; Palatinus, Comites Parochiales, aliique honorem, seu Dignitatem Baronatus tenentes in Congregationibus, ac generalibus Iudiciis quoslibet fures, latrones, ac alios malefactores inibi proscriptos, et extradatos iudicare, condemnare, punire, et proscribere consueuerunt, insuper

veluti Nobiles ex speciali Gratia Regia ipsis concedi consueta in eorum Possessionibus etiam malefactores, quos in maleficiis, et culpis deprehendunt, condemnare poenaliter, ac punire facultatem liberam habuerunt, ita et nos in praesenti sanctione duximus statuendum, quod de cetero pro conseruanda pace, proque Ciuitatum, et Villarum vberiori tranquilitate, pro viarum securitate, pro itinerantium commodo, et malefactoribus delinquendi materia subtrahatur, omnes, et singulae Ciuitates, ac liberae Villae, seu Iudices, et Iurati earundem huiusmodi Malefactores, qui in Tenutis maleficia perpetrassent, quemadmodum et Nobiles ex Gratia, et Donatione regia facere possent, quemadmodum et debitis puniendi suppliciis plenam, et liberam habeant facultatem, saluo, si qui rei et suppliciis digni a Regia Maiestati obtinuissent gratiam superinde. Sin autem Palatinus, Comites, et aliqui honorem Baronatus habentes, nec non Ciuitatum Rectores huiusmodi malefactores extradatos comprehendere, et punire non possent, sed nihilominus eos culpabiles iudicando proscriberent, eo casu teneantur illi, qui proscriptionem fecerint, tales Malefactores proscriptos emittere Iudicibus, et Iusticiariis Regni nostri, et etiam omnibus Ciuitatibus denunciare, et per eorum Litteras maleficii eorundem seriem continentes manifestare, qui Iu-

dices, et Iusticiarii, ac etiam Ciuitatum Rectores, postquam huiusmodi Litterae ad manus eorum peruenerint, ipsos Malefictores, si in eorum Tenutis, et Districtibus inuenerint, possint, et valeant, imo teneantur, et debeant arrestare, captiuare, punire, et iuxta eorum demerita dignis affligere suppliciis, et tormentis, saluo, si a Regia Maiestate veniae gratiam impetrassent, quod, si quis Iudicum Iusticiariorum, et Rectorum praedictorum ipsos Malefactores, cum in manus ipsorum inciderint, punire contemserit, sciat se procul dubio indignationem Maiestatis nostrae grauissimam incursurum, et a nostra seueritate iuxta qualitatem excessus exinde dependentis irremissibiliter puniendum. Nullus etiam omnino praesumat, eosdem Malefactores fouere, protegere, vel aliqualiter defensare, sub poena superius annotata. Sanximus praeterea, vt a modo in antea Ciues, Hospites, seu Iobágyones nostri Regales de nostris Ciuitatibus, Possessionibus, Oppidis, et Liberis Villis, Castrorumque nostrorum tenutis, et generaliter quilibet liberae Conditionis homines de Possessionibus Nobilium in Ecclesiarum Possessiones temporibus semper successiuis vniuersis, et perpetuis liberam, tutam, omnimodam manendi causa se transferendi habeat facultatem, harum nostrarum Litterarum per vigorem his moderaminum limitationibus clare

praesentibus expressatis, et quicunque, et quorumcunque Iobagyonum Dominus aliqua Birsagia sua, quibus Iobagyio suus aliquo tempore fuisset, super Eundem, extunc Birsagia talia super eundem Iobágyonem suum dicto Mense elapso recipere, et eundem Iobágyonem suum retinere non valeat, sed idem Iobagyo, quo maluerit modo praehabito, indemnis moraturus accedat. Iobagyones autem vltra Drauae fluuium residentes huiusmodi Libertatis Priuilegio gaudere nolumus, sed potius in antiquis suis Consuetudinibus decernimus permanere, decernimus insuper, et ordinamus, quod nullus ex Praelatis, Baronibus, Proceribus, Nobilibus, aut alterius cuiuscunque Dignitatibus, Ordinis, Status, et Conditionis Hominibus, Regnicolis, et Subditis nostris occasione debiti, delicti, culpae, aut maleficii vnius Personae, seu hominis cuiuscunque status, et conditionis existat, audeat, vel praesumat Ciuitatem, Oppidum, vel Villam, vbi talis debitor delinquens culpabilis, aut maleficus residere consueuit, seu Ciues, Oppidanos, vel Villanos arrestare, detinere, vel modo aliquo impedire, sed si quis contra talem quidquam accusationis habet, vel habuerit, id in praesentia Iudicis sui ordinarii exequatur, prout retroactis temporibus fieri in talibus secundum Regni nostri Iustitiam consueuit, itaque innoxii pro nocentibus

nullo modo aggrauentur. Statuimus etiam, et ordinamus, quod quemadmodum antiqua Regni nostri habet Consuetudo, vt, si cuiquam in Villa, vel Possessiue alicuius Domini Terrestris cuiuscunque status, et conditionis tam Ecclesiasticus, quam Seecularis existat, aliqualis inferetur iniuria, damnum vel offensa, talis laesus, seu damnum passus primo ad Dominum, seu Iudicem illius Possessionis accedendo iustitiam postulare tenetur. Etsi talis Dominus vel Iudex sibi Iustitiam facere contemserit, ad Comitem Prouincialem valeat appellare, et si Comes etiam in reddenda Iustitia tepidus fuerit, vel remissus, ad nostram Regiam Maiestatem possit etiam appellare. Ita nunc quoque volumus, vt si alicui Personae, regnicolae, vel extraneae in aliqua Ciuitatum, Oppidorum, et Villarum liberarum nostrarum per aliquem cuiusuis Status existat, et conditionis aliqualis iniuria, offensa, vel damnum fuerint irrogatae, vel illata, tunc talis laesus, seu damnum passus primo coram Iudice illius Ciuitatis suam debeat prosequi Iustitiam, et si Iudex, et Iurati illius Ciuitatis Iustitiam sibi debitam facere recusauerint, vel exhibere distulerint, tunc ipse laesus vel damnum passus ad Magistrum Tauernicorum nostrorum appellare, qui si super huiusmodi querela iustitiam ministrare contemserit, tunc liceat annotato laeso, vel

damnum passo ipsius Magistri Tauernicorum nostrorum Iudicio dimisso, suam Causam in nostrae Maiestatis Praesentiam attrahere, Nosque, vti ex Regiminis nostri Regalis officio tenemur, vnicuique ministrabimus Iustitiae complementum: quod si quispiam laesus vel damnum passus, hoc ordine non seruato, auctoritate propria praesumserit se vindicare, et sibi satisfactionem recipere, talis transgressor huius nostri Decreti in facto Potentiae conuincatur, cum neminem liceat, nulla postulata Iustitia, propria se auctoritate vindicare. Decreuimus etiam, quod in quibuscunque Causis, et Processibus, de quibus Iudices Causarum quarumcunque Nonam, et Decimam ab illa parte, quae Causam obtinet, recipere consueuerunt, de cetero non ab ipsa parte, quae Causam obtinet, sed ab illa, quae in ipsa Causa conuincetur, recipere debebunt Iudices illius Causae, et extorquere; cum non sit aequum, vt, qui iustus est, pro iniustis puniatur, et in rebus damnificetur. Statuimus etiam, vt quilibet Ciuis, et Inhabitator quarumlibet Ciuitatum nostrarum non modo, et in antea ad collectas nostras regales, et Contributiones pro rata, non obstantibus quibuscunque Libertatibus ipsis hactenus datis, et in posterum per Nos, et nostros Successores concedendis, quas quoad praemissa ipsis non volumus vllatenus suffragari, soluere, et cum

illis nostris Ciuibus contribuere teneantur. Si vero per Nos, vel nostros Successores aliquos Ciues nostros libertare, et exemtos facere contingeret, tunc et eo casu Nos, et nostri Successores praedicti quidcunque ipsi Ciues libertati ad collectas soluere deberent, id de Communitatis computo defalcando ad nostram teneamur, et debebimus recipere rationem. Item licet Ciues Budenses inter ceteras eorum Libertates tali Libertate per nostros Praedecessores ipsis largita, ac per Nos confirmata, freti, et vsi huc vsque dignoscantur, vt puta, vt omnes, et singuli tam Regnicolae, quam extranei Mercatores vniuersas, et quaslibet res mercimoniales, ac bona venalia, et commutabilia tam descendendo, quam ascendendo in ipsorum Ciuium Budensium medio deponere, et depositas inibi vendere, et commutare, abinde nullatenus alias abducere, neque deportari facere debuissent, et fuissent asueti, tamen, quia nunc, facta generali Congregatione, quarumlibet Ciuitatum, Oppidorum, ac liberarum Villarum nostrarum regalium, habito superinde consilio, visum, et consultum extitit, vt pro ampliori fructuositate, et vberiori statu, quam et communi Bono Regni, et Regnicolarum, ac praecipue Ciuium, et Mercatorum memoratorum, ne propter augmentum, et vtilitatem vnius Ciuitatis tota Regni nostri Communitas damnum, et

incommodum suscipiat, nocumenti recipiat detrimentum, vt omnes singuli Mercatores nostri videlicet Regnicolae de Regno nostro exeuntes, et in Regno nostro commorantes vniuersas, et quaslibet ipsorum Res mercimoniales, ac bona venalia, seu commutabilia per totum nostrum Regnum, et extra ipsum Regnum quocunque, quotiescunque, et quandocunque voluerint, liberam, meram, plenam, et securam deducendi, deferendi, pellendi, reducendi, deponendi, ac depositas vendendi, commutandi, et abinde deferendi, et deduci faciendi, et cum eisdem iuxta eorum voluntatem, et libitum disponendi habeant facultatem, non obstantibus quibuscunque Libertatibus, et Priuilegiis dictis nostris Ciuibus Budensibus super praemissa rerum dispositione quorumlibet datis, vel concessis, quas quoad praemissa ex certa Scientia reuocamus, exceptis extraneis, qui teneantur in praemissis antiquam consuetudinem obseruare. Insuper omnes et singuli Ciues Ciuitatum, quas de nouo creauimus, quibusque aliarum Ciuitatum constituimus Libertates, si de Iudicatu, et Sententia Iudicum, et Iuratorum suorum noluerint contentari, ad illam Ciuitatem, cuius libertate funguntur, aut ad Magistrum Tauernicorum nostrorum valeant appellare, ita tamen, quod, postquam Magistrum Tauernicorum elegerint, ad Iudices, et Iuratos re-

dire non valeant, nec e contra ad nullum alterius, nisi, si opus fuerit, ad Praesentiam nostram Personalem Appellatio possit fieri quouis modo. Sanximus nihilominus statuentes, vt Ciues, et Hospites nostri quarumlibet Ciuitatum nostrarum regalium intra ambitum, et climata Regni nostri existentium Dona, seu munera ipsorum in nouo quolibet anno praetextu Strenarum Regiae Maiestati debita sic et eodem modo nostrae Maiestati dare, et soluere, quemadmodum nouiter conuenimus cum eisdem, et in quarumlibet Ciuitatum, Oppidorum, et liberarum Villarum nostrarum Litteris per nos ipsis concessis inter alias eorum Libertates clare exprimuntur, debebunt, et tenebuntur praeterea Magistro Ianitorum nostrorum tempore in praefixo non plus quam 6. florenos dare, et cum eisdem nostris muneribus annis singulis soluere teneantur, dum autem vbi et quando nostram, et Reginalem claritatem in aliquam Ciuitatum, Oppidorum, et liberarum Villarum Regni nostri intrare contingeret, extunc Ciues, et Hospites Loci illius, in quem ingressum fecimus, nostrae, ac Reginali Maiestati victualia opportuna ad vnum Prandium, et vnam Coenam, si Prandium, et Coenam ibidem habere voluerimus, aut Prandium, vel Coenam tantum modo, si, nisi semel nos ibidem comestionem habere contingerit, habendam dare, et administrare

teneantur, Magistro vero Agasonum Ciuitates, per quas nostram, seu reginalem Maiestatem transire contingerit, illius Ciuitatis scilicet artifices cuiuslibet generis, vtputa omnes Pellifices vnum Pellicium, et omnes Frenatores vnum Frenum, et sic de singulis vna vice duntaxat in anno quandocunque Nos inde transire contigerit, et non alteri dare, et administrare teneantur, demtis tantummodo Ciuitatibus, quae ad praemissa ex antiqua Consuetudine nullatenus obligantur. Ceteris vero Officialibus tam nostris, quam reginalibus, videlicet Pincernarum, et Dapiferorum Magistris, Dispensatoribus, Hostiariis, Cocis, ac aliis quibuscunque nihil penitus dare, seu soluere teneantur. Disposuimus etiam de modo, et consuetudine ab antiquo solitis obseruare, quod Praelati, et quipiam Viri Ecclesiastici Causas aliquas inter Regnicolas nostros motas a modoque et in antea qualitercunque, et vbicunque mouendas, es suscitatas, vtputa Iudicium Saeculare concernentes iudicare, et definire minime valeant, neque possint, et e conuerso Barones, Comites Prouinciarum, et alii Regni nostri Nobiles, Ciuesque, et Hospites causas aliquas, Lites, seu Quaestiones Forum videlicet Ecclesiasticum tangentes discutere, et iudicare non debeant, neque praesumant: etsi inter ipsos Viros ecclesiasticos ab vna, parte vero ex altera Iudices saeculares

praetaxatos super aliquibus causis in eorum praesentia vertentibus circa ipsarum causarum iudicium, cui videlicet ipsorum Iudicium pertineat, discordia, seu discrepatio aliqualis exiterit suborta, extunc partes eaedem causas, seu Causam huiusmodi litigiosas in Personalem nostram praesentiam, vbi Deo duce pro tunc fuerimus constituti, cum Praelatis, et Baronibus dirimendas transmittere teneantur, vbi decernentes sancimus, ad cuius Partis iudicium, seu Forum spectare debeant, et pertinere Causae praenotatae. Insuper quemadmodum ab antiquo iuxta statuta regia Aurum, Argentum, Cuprum, et alia Metalla de nostro Regno deduci prohibita existunt, ita inter alias Constitutiones Ciuitatibus, Oppidis, et liberis Villis ad praesens editis sanximus, et statuimus, vt in qualibet Civitatum, Oppidorum, et liberarum Villarum duo iurati Ciues ad id idonei per Iudicem et Ciues eligantur, qui quibuslibet Ligationibus, et obstructionibus Ballarum, Vasorum, et aliorum ponderum ligandorum interesse, et easdem conspicere debeant, sine quibus Ciuibus ad id deputatis nulli mercatores, institores, et alii quicunque Commutatores, ipsorum Ballas, et alia pondera ligari, aut concludere praesumant, quas quidem Ballas, et Pondera iidem duo Ciues eorum Sigillorum appressione consignare debeant, et munire. Et si contra factum fuerit, extunc ipsae Ballae, vel Mercimonium

inspectae nec sigillata, vt praemittitur, totaliter amittantur, et Fisco nostro Regali penitus applicentur, quibus quidem Ballis, ac aliis quibusuis ponderibus sic ligatis, et consignatis, ad locaque Tricesimarum, aut eorundem Officiales talibus Sigillationibus fidem nollent adhibere, sed huiusmodi Ballas praetenderint disligare, extunc si currus, in quibus Ballae, et pondera deferuntur, magni onerati in vulgo Muza dicti extiterint, vnam Marcam auri, vel 64. flor. aut monetam eiusdem valoris, si vero currus medius, seu paruus foret, tunc mediam Marcam, aut florenos, aut Monetam aequiualentem ad temonem ipsius currus apponendo easdem Ballas, et Pondera disligare, et conspicere valeat, atque possit. Et si in huiusmodi Ballis, seu Ponderibus Aurum, et Argentum, vel aliae res prohibitae non reperirentur, extunc Tricesimator amittat Marcam, seu pecuniam appositam, quae Domino earundem rerum, seu Mercatori debeant remanere. Si vero Aurum, Argentum, vel aliae res prohibitae repertae fuerint in ipso curru, et inuentae, tunc non solum eaedem res prohibitae, sed aliae etiam vniuersae, et bona quaeuis in ipso curru, et Balla existentes, et habita simul cum Marca seu pecuniis huiusmodi per ipsos Tricesimatores, aut eorum Officiales aufferantur, et recipiantur. Statuimus etiam, et deliberatione decreuimus, vt nullus omni-

no Mercatorum alterius etiam cuiusuis Regni
nostri status, conditionis, et praeeminentiae
hominum res mercimoniales, ac bona quae-
uis venalia, et commutabilia forensium, ac
extraneorum sub nomine rerum, et mercatu-
rarum ipsarum, prout in talibus astutia ali-
quorum hactenus facere consueuit, acceptare,
recipere, tenere, conseruare, vendere, com-
mutare, seu etiam modo quouis expedire,
Societatesque cum ipsis forensibus contrahere,
facere, stabilire, ordinare, et firmare, rati-
one, atque causa, vt sub colore huiusmodi
Societatum praemissa libere exerceant, deni-
que nostro Decreto contra faciant, vllatenus
audeat, atque possit. Contrarium vero faci-
entes rerum omnium, ac bonorum sub hu-
iusmodi clanculosa collisione in nostri prae-
sentis Edicti contemtum in Regnum nostrum
apportatorum, venditorum, ac vendendorum,
commutatorum, et commutandorum irremis-
sibilem perditionem, et Fisco nostro Regio
applicationem, Personasque poenam arbitra-
riam nostrae Maiestatis incurrere volumus eo
facto, totiens quotiens in contrarium praemis-
sorum per quempiam contrafactum fuerit, seu
etiam attentatum: praeterea, quia nouiter cer-
tis, iustis, et rationabilibus causis moti pro
Reipublicae, vtilitateque totius Regni conser-
uatione perpetuo etiam retroactis temporibus
Praedecessores nostri Hungariae Reges multa

Statuta, multasque Consuetudines inducere curarunt, vna cum Praelatis, Baronibus, et Regni nostri potioribus Proceribus decreuimus, vt vniuersi Mercatores, Negotiatores, et alii cuiuscunque status, et conditionis homines extra Regni nostri limites Mercimonia, seu res mercimoniales, et venales deferentes, et exportantes Tricesimam partem, quemadmodum ab illis, quae introducuntur in Regnum, soluere, et ministrare teneantur. Idcirco in praemissis Decreti nostri nouiter instituti aliqualem alleuiationem, et etiam recompensam sanximus, et ex liberalitate regia concessimus, quod huiusmodi Mercatores, ac Negotiatores, et alii praenominati per quaecunque Loca Tributorum, seu Teloniorum nostrorum Regalium cum personis, equis, curribus, ac quibuscunque eorum mercimoniis, ac rebus, et bonis vniuersis libere, et expedite sine aliquali solutione tributaria transire valeant, totiens quotiens magis fuerit opportunum, mandantes Tributariis nostris quibuslibet tam praesentibus, quam futuris, quatenus huiusmodi Personas sub poena indignationis nostrae grauissimae contra formam praemissae Libertatis nullatenus impedire, neque ab eis Tributum aliquod petere, et exigere audeant. Caeterum cum in omnibus Regnis Reges quadam praerogatiua perpetua „monetam tam auream quam argen„team cudi facere liberam habeant facultatem,

„inhonestum, et detestabile videtur, quod pe-
„cunia cusa pendente Dicatione cursum, et
„expositam debitam non haberet, sed multo
„detestabilius, si circumcidetur, vel eligetur,
„aut modo aliquo vitiaretur. Cupientes igi-
„tur his enormibus casibus salubribus reme-
„diis obuiare, requisito super eo Praelatorum,
„Baronum, Procerumque nostrorum, nec non
„vniuersorum Ciuium Ciuitatum Regalium,
„praesentialiter constitutorum consilio, pro vti-
„litate totius Regni, et augmento, proque
„iustitiae splendore conseruando ordinamus,
„et etiam statuimus, quod nullus omnino ho-
„minum cuiuscunque status, et conditionis ex-
„istat, audeat, vel praesumat pecuniam nostram
„regalem siue auream siue argenteam, dum-
„modo iusta, et recta sit, reiicere, vel aliqua-
„tenus refutare. Item nec circumcidere, graues
„a leuibus secernere, vel aliquo artificio, seu
„ingenio vitiare, contrarium quidem attentare
„praesumentes hoc modo debeant puniri, vi-
„delicet illae vel illi, qui pecuniam eandem
„recipere recusarunt, cadant in poenam amis-
„sionis pecuniae, quae sibi debetur, vel rei,
„pro qua pecuniam soluere tenentur. Itaque
„Iudex et Iurati illius loci pecuniam, vel rem
„habeant, et Debitor a Creditore suo, et Em-
„tor a Venditore proinde liber sit, et abso-
„lutus, ac si eidem dictam pecuniam persol-
„uisset, ille vero, qui regiam pecuniam cir-

„cumcidere, diminuere, eligare, vel vitiare „praesumserit, vt praefertur, tanquam falsarii „Malefactores non tantum in rebus, sed eti„am in personis iuxta Regni nostri consue„tndinem antiquam puniatur, quod si forte „ipsorum Iudices, et Iurati, in quorum ma„nus tales Transgressores inciderunt, retinu„erunt, et eos impune abire permiserunt, pro „pecunia, vel re relaxata in tanta quantitate „pecuniae, vel valore ipsius rei Fisco Regio „subiaceant condemnati. Pro falsariis vero di„missis illam poenam incidant, siue pecuni„ariam, siue personalem, quam nostra Ma„iestas duxerit imponendam, et etiam infli„gendam. Verum vt ipsa pecunia nostra in „sua rectitudine conseruetur, nullusque prae„sumat ipsam decidere vel vitiare. Sanxi„mus etiam, quod in qualibet Ciuitate nostra „sit Campsor Regius, qui solus cambiandi „et commutandi, pecuniam videlicet pro flo„renis aureis Monetam, et pro Moneta flore„nos aureos habeat facultatem: intercedentes „vniuersis, et singulis regnicolis nostris, et „etiam extraneis, cuiuscunque status seu conditi„onis, vt de caetero cambire, seu commutatio„nem aliquam de pecunia, et florenis aureis pro „pecunia facere non valeant, neque possint „sub poena amissionis pecuniae campsae, vel „cambiendae, quae eidem Campsori Regio „nomine Fisci nostri debeat apportare.“

Demum cum Praedecessores nostri Hungariae Reges probabili sanctione statuerunt, vt intra Limites Regni nostri Hungariae nulli Sales expeditionem, seu cursum habere debeant, nisi tantummodo Sales, qui in ipso Regno nostro effodiuntur, nostra quoque Maiestas considerans hanc sanctionem fore iustissimam, et honestam, cum quodammodo pars sit magna dementiae id, quod de suo quisquam habere potest, vel ab alio mutuare. Similiter statuimus sanciendum, habito tamen prius superinde nostrorum Praelatorum, Baronum, et Procerum consilio, et deliberatione praematura, quatenus de cetero nullus omnino hominum cuiuscunque Status, dignitatis, et Conditionis existat, siue Regnicola, siue aduena, audeat, vel praesumat Sales alicuiusmodi, postquam solummodo Sales nostros Regales in Regno nostro effossos intra Regnum nostrum inducere, deferre, vendere, emere, distrahere, vel aliqualiter habere sub poena inferius annotata, videlicet, quod si apud quospiam Status, siue Conditionis existant, reperti fuerint huiusmodi Sales in Regno nostro non effossi, illae vel illi, apud quos reperti fuerint, primo perdant, et amittant ipso facto protinus ipsos Sales; si vero quispiam venumdauerit, antequam apud eum reperiantur, tunc ad restitutionem pecuniae irremissibiliter teneatur, quos Sales, vel quam pecuniam Ca-

merarius Regius nomine Fisci regalis indilate auferat, et exigat ab eisdem. „Denique pro com-„muni Bono, et totius vtilitate Regni proui-„dere volentes, vt aurum, et argentum, quod „in ipso Regno effoditur, extra Regnum per „quempiam deferatur, nisi prius conuersum „fuerit in monetam, hoc etiam salubri re-„medio duximus statuendum, videlicet, vt „nemo Montanus cuiquam Hominum cuiusuis „status, et conditionis existat, Aurum vel „Argentum publice, vel secrete vendere, ne-„moque omnino Montanus cuiusuis status, et „conditionis existat, a montano, siue labo-„ratore emere audeat, vel praesumat, sed „omne totum aurum, quod et quantum vbi-„cunque per Regni nostri climata effoditur, „et etiam inuenitur, debeat sine aliquali di-„minutione Camerae, et alias Regali mone-„tae tam aureae, quam argenteae praesenta-„ri videlicet Camerario Regio pro pretio, et „pretiis hactenus limitatis. Item nec ab aliqua „alia Persona causa mercationis, vel vendi-„tionis publice vel secrete, cum vel vendi „liceat aurum, vel argentum etiam si de ali-„enis Partibus ipsum aurum, et argentum „ad hoc Regnum portaretur. Sed semper „quicunque venditor, ille debeat Camerario „Regio Monetae Praesidenti vendere, et nulli „alteri, ipseque Camerarius dare sibi pretium „non secundum aestimationem Montanorum,

„sed prout in loco, vbi tunc fiet venditio;
„teneatur, pro vsu vero proprio videlicet pro
„Vasis aureis, et argenteis, et Baltheis, et
„aliis ad cultum spectantibus laborandum, v-
„nus quisque vendendi, et emendi liberam
„habeat facultatem. Si quis autem forte con-
„trarium facere praesumserit, et vendiderit,
„aurum, et argentum, et emtor pecuniam
„amittat protinus ipso facto, quod aurum
„vel argentum, quaeue pecunia Fisco nostro
„regio pro medietate, et pro reliqua medie-
„tate accusatori, si quis accusator extiterit;
„applicetur, ob hoc etenim nolumus, quod
„qnisquam audeat, vel praesumat aurum, seu
„lapidem illum, in quo auri vel argenti qua-
„litas dignoscitur habere, item neque Te-
„stam, seu Incunam pro argenti effosione,
„et Finantia tenere, exceptis duntaxat auri-
„fabris. Insuper nec separandis cum aqua
„aurum ab argento artem exercere, nisi illae
„vel illi, quibus huiusmodi Officia duximus
„specialiter committenda." In quorum omni-
um, et singulorum Testimonium, firmitatem-
que perpetuam praesentes Litteras Priuilegi-
ales pendentis, et authentici noui Sigilli du-
plice munimine iussimus roborari. Datum per
manus Reuerendissimi in Christo Patris, et
Domini Domini Eberhardi Dei, et Apostolicae
Sedis gratia Episcopi Zagrabiensis, Aulae no-
strae Regiae Summi Cancellarii, nostri dilecti

et fidelis. Anno Domini millesimo quadringentesimo quinto, Decima septima Idus Mensis Maii, Regni autem nostri Anno decimo septimo. Venerabilibus in Christo Patribus, et Dominis Valentino Ecclesiae Sanctae Sabinae Sacro-Sanctae Romanae Ecclesiae Presbytero Cardinali, et Ecclesiae Quinque-Ecclesiensis Gubernatore, Iohanne Strigoniensi, Colocensi Sede vacante, Andrea Spalatensi, et altero Andrea Ragusino Archiepiscopis, Luca Varadiensi, Stephano Transiluaniensi, eodem Domino Eberhardo Zagrabiensi, Agriensi Sede vacante, Ioanne Bosnensi, Weſzprimiensi Sede vacante, Ioanne Iaurinensi, Nicolao Vácziensi, Petro Nitriensi, Fratre Dosa electo Chanadiensi, Ecclesiarum Episcopis, Ecclesias Dei feliciter gubernantibus; Sirmiensi, Aragusiensi, Scardonensi, Tiniensi, Nouiensi, Sibinicensi, Corbauiensi, et Segniensi Sedibus vacantibus, nec non Magnificis Viris Nicolao de Gara Regni nostri Hungariae praedicti Palatino, Ioanne et Iacobo Vaiuodis nostris Transiluaniensibus; Comite Frank filio condam Konye Bani, Iudice Curiae nostrae Paullo Bisseno, et altero Paulo de Peth Dalmatiae, et Croatiae praedictorum, ác totius Sclauoniae, Ioanne de Maroth Machouiensi Banis, honore Banatus Zentimiensis vacante, nec non Trontl de Nenna Tauernicorum, et Comite de Posega, Simone filio condam dicti

Konye Bani Ianitorum, Martino Ders Dapiferorum, Laurentio de Thary Pincernarum, Petro Cheh Agazonum nostrorum Magistris, Smillone de Vetav Comite Posoniensi, aliisque quam pluribus nostri Regni Comitatus tenentibus, et honores.

XLV.

1424. SIGISMVNDUS monetam *Fillér* dictam abolendam decernit.

SIGISMVNDVS Dei Gratia Romanorum Rex semper Augustus, ac Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae, etc. Vniuersis Praelatis, Baronibus, Comitibus, Castellanis, Nobilibus, et eorum Officialibus vniuersis, Oppidis, Ciuitatibus, et Villis, earumque Rectoribus, Iudicibus, et Villicis vlterius etiam cuiusuis status, dignitatis, et praeeminentiae sub Iurisdictione nostrae Sacrae Coronae Hungaricae vbiuis constitutis Praesentium notitiam habituris salutem, et gratiam. — — — experta. Quomodo nonnulli forent in hoc Regno nostro Hungariae nociui, et maligni homines, qui sub forma, et specie nostrae monetae vulgo *Fillér* appellatae falsam monetam cuderent, et in vestris Dominiis, terris, possessionibus, tenutis, et medio habitantes haec facere attentarent, propter quod eadem mala, et falsa moneta valde esset multiplicata. Vnde no-

strae Camerae ingens damnum sufferret, totique Regno, et Regnicolis nostris hoc cederet in dedecus, et derogamen valde euidens. Vnde nos hanc abusionem cusionis falsorum Denariorum nequaquam in hoc Regno nostro Hungariae velimus pati. Ideo nos — — — vestrum fidelitate tam in generali, quam in speciali firmissime praecipimus, et mandamus; quatenus mox praesentibus acceptis, omni cura, et diligentia modos teneatis, et taliter vos in huiusmodi voluntatis nostrae perfectione geratis, quod a modo imposterum cursus talismodi falsae monetae omnino aboleatur, cesset, et non fiat, alioquin omnes tales, qui in huiusmodi falsae monetae, cusione in vestris possessionibus, ac tenutis, et honoribus, seu vestri in medio commorantes rei, et conscii, culpabilesque forent, omnes poena condigna feriri volumus, et debita vltione puniri. Quapropter vos commodo huic facto operam — — — — talibus falsarum videamini adhiberi. Ex quo tandem vigorem iustitiae taliter in omnes tum ipsos fabricatores, tum in eos, in quorum possessionibus inuenti fuerint, mansisse, et hoc fecisse, extendemus, quod etiam alii eo audaciae lapsis omnibus terribile in exemplum, de quo tandem nemo nobis poterit imputare, et hoc volumus per praesentes vos scire. Datum in Thata feria sexta proxima ante Dominicam Ramis palma-

rum Anno Domini millesimo quadringentesimo vigesimo quarto, Regnorum nostrorum anno Hungariae trigesimo, Romanorum quinto decimo, Bohemiae vero decimo tertio. L. S. de propria Comissione Regis.

XLVI.

1430. SIGISMVNDVS iubet Sumarienses duntaxat cum Posoniensibus emtionem, et cambiationem argenti instituere, quibus ius cudendi minorem monetam, *Fierling* dictam, concessum est.

SIGISMVNDVS Dei Gratia Romanorum Rex semper Augustus, ac Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae, etc. Rex, fidelibus nostris Iudici, Iuratis, caeteris Ciuibus, et hospitibus, ac toti Communitati nostrae Ciuitatis Samaria vocatae Salutem, et gratiam. Quia nos monetam nostram minorem *Quarting*, seu *Fierling* appellatam, in hac Ciuitate nostra Posoniensi ex procuratione fi-

delium nostrorum Prouidorum, ac Circumspectorum, Iudicis, Iuratorum, caeterorumque Ciuium ipsius nostrae Ciuitatis Posoniensis, quos in Comites, et cometarios cusionis huiusmodi monetae nostrae praefecimus, cudi comisimus, et laborare, volumusque, vt ipsi Ciues nostri, et non alii in praedicta nostra Ciuitate, ac in vestri medio argentum, ac florenos auri, nec non alias quascunque monetas ad dictam Cameram nostram necessarias emere, et cambiare valeant, atque possint. Ideo Fidelitati vestrae Vniuersitatis, et cuiuslibet vestrum firmo nostro Regio sub Edicto praecipimus, et mandamus, quatenus a modo, et deinceps nullus omnino vestrum de emtione, et Cambio argenti, ac florenorum auri, et aliarum quarumcunque Monetarum se intromittere praesumat, sed talismodi argentum, ac florenos auri, et monetas quaslibet, a quibuscunque vendi tribus eorundem annotatis Ciuibus nostris Posoniensibus, seu ipsius hominibus per eos ad id deputandis libere, et absque omni contradictione, ac impedimento aliquali emere, commutare, et cambire, permittatis, et permitti faciatis. Imo volumus, vt dum, et quotiescunque praefati Ciues nostri, seu eorum homines harum serie vos superinde habuerint, eisdem ad emendum, et cambiendum talismodi argentum, florenosque auri, et monetas, imo et auf-

rendum vestris auxiliis, et subsidiis adesse debeatis, et quilibet vestrum teneatur, sub poena nostrae grauissimae indignationis. Et aliud nullatenus facere praesumatis in praemissis praesentibus, perlectis exhibenti restitutis. Datum Posonii praedicta in Dominica Reminiscere anno Domini MCCCCXXX-o Regnorum nostrorum anno Hungariae etc. XLIII-o Romanorum XX-o et Bohememiae decimo.
L. S.

XLVII.

1430. SIGISMVNDVS praescribit Posoniensibus pondus, valorem, et formam minoris monetae *Quarting* cnm iure, et modo eandem cudendi.

Nos SIGISMVNDVS Dei Gratia Romanorum Rex semper Augustus, ac Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae, etc. Rex memoriae commendamus tenore Praesentium significantes, quibus expedit, vniuersis. Quod nos habentes debitum respectum ad fidei firmitatem, et constantem fiidelitatem, sagacemque procurationem, ac diligentem, et assiduam sollicitudinem fidelium nostrorum dilectorum, prouidorum, et circumspectorum Iudicis, Iuratorum, ac ceterorum Ciuium huius nostrae Ciuitatis Posoniensis, quos in omnibus nostris obsequiis, negotiis, et expeditionibus eorum procurationi, et expeditioni per nos confisis, et commissis, fideles sem-

per reperimus et solertes, de eorum fidelitate, et agili exercitio, et procuratione diligenti, etiam vlterius ad plenum confidere volentes, sumtaque ex eis, et a diu probata fiducia a certo tenentes, quod ipsi ea omnia, quae ipsorum dispositioni, procurationique, et expeditioni comiserimus, diligenter, et solerter facient, et gubernabunt, ac fideliter augmentabunt Cameram, ac Comitatum, seu Officium Cusionis monetarum nostrarum, quam in ipsa Ciuitate nostra Posoniensi fieri volumus, simul cum omnibus directionibus, et expeditionibus quibuslibet, nec non libertatibus, exemtionibus, praerogatiuis, et facultatibus solitis, et consuetis eisdem Iudici, Iuratis, et Ciuibus nostris Posoniensibus, tamque ad fideles manus duximus committendum, ipsosque Ciues in Comites huiusmodi cusionis monetarum nostrarum perficiendi, et constituendi, imo committimus, praeficimusque, et constituimus Praesentium per vigorem, ita videlicet, quod iidem Ciues nostri nouam Monetam nostram argenteam minorem vulgariter Quarting, seu Fürling appellatam, sic et eodem modo, ac sub illa lega, et forma, prout scilicet, et quemadmodum eadem moneta nostra in Camera nostra Cremniczìensi, et etiam in aliis Cameris nostris, de nostrae Maiestatis, Praelatorumque et Baronum nostrorum vnanimi Decreto superinde facto, cudi-

tur, cudi faciant, et laborari. Ipsa siquidem Moneta nostra minor Quarting vocata, taliter et sub tali Lega cudi debet, quod ad quamlibet marcam argenti fini singulae septem marcae Cupri addi debent, et admisceri, et de vna quaque marca talis commixturae quingenti denarii cudantur, et laborentur, eademque moneta nostra ex vna parte habebit Crucem duplicatam, ex alia vero parte Coronam, seu formam Coronae, et Denarii quadringenti eiusdem minoris monetae pro vno floreno auri cursum habeant, et recipiantur. Item disposuimus, et decernentes volumus, quod in primis pro inchoatione, seu inceptione huiusmodi cusionis monetae nostrae ad emendum argentum, ac cambium faciendum nos mille ducentos florenos auri ipsi etiam Ciues nostri modo simili mille ducentos florenos similiter auri, qui simul computando faciunt duo millia, et quadringentos florenos auri dabimus, et assignari faciemus, dareque debent, et assignare, quae quidem summa duorum millium, et quadringentorum florenorum auri semper in ipsa Camera nostra pro praemissis expediendis debet remanere. Et quidquid lucri fuerit in moneta, vel cambio, tum praetactis duobus millibus, et quadringentis florenis auri faciendo, post expeditionem solutionis Argenti, et Cambii praedictorum de huiusmodi lucro

ipsi Ciues Posonienses coram fidelibus nostris magnificis STEPHANO, et GEORGIO de ROZGON Comitibus nostris Posoniensibus, vel eorum altero debitam faciant rationem, habitaque huiusmodi ratione, medietatem talismodi Lucri ex cusione monetae, vel Cambio prouenientem praetacti Comites Posonienses nomine nostrae Maiestatis tollere debent semper et leuare. Aliam vero medietatem eiusdem lucri memorati Ciues nostri ad se tollere, et recipere, ac pro republica, et communi bono dictae Ciuitatis nostrae exponere debebunt, et dispensare, tandemque iidem Ciues nostri de dispositione, et expositione huiusmodi singulis quatuor temporibus anni praetactis Comitibus, vel aliis nostris Officialibus, quibus comiserimus, plenam rationem dare teneantur. Item volumus vt in Comitatibus Posoniensi, Mosoniensi, Soproniensi, Castri ferrei, Zaladiensi, Nitriensi, Comaromiensi, Iaurinensi, et in Prouinciis Regni nostri Sclauoniae, nec non Ciuitatibus Posoniensi, Tyrnauiensi, Trynchiniensi, Soproniensi, Comaromiensi, Samaria, Tatha, Lewpotczdorff, Deven, Owár, alias Altenburg, Neusidel, Kyssmárthon nullus alter audeat, seu praesumat argentum, et florenos auri, nec non monetas quascunque emere, seu cambire, quoquo sub poena ablationis eorundem, nisi Ciues nostri praenotati ad praescriptam Cameram

nostrae Maiestatis. Et si aliqui homines, seu Mercatores de Partibus nostris inferioribus, puta de Rascia, vel aliunde ad hanc Ciuitatem nostram Posoniensem aliquod argentum causa venditionis, seu Cambii portauerint, extunc etiam tales huiusmodi argentum ad dictam Cameram nostram Posoniensem ipsis Ciuibus nostris, et nemini alteri pro pretio condigno dare, et assignare teneantur. Alioquin ipsi Ciues nostri talismodi argentum sine aliquali pretio ad dictam Cameram nostram aufferendi habeant facultatem. Item omnes expensae, quae in expeditionibus praemissorum necessario fieri debent, de praescripto communi lucro cusionis monetae nostrae praedictae, tam scilicet nomine regali, quam ipsorum Ciuium fiant, et repersoluantur. In euius rei testimonium praesentes Litteras nostras Sigillo nostro secreto, quo vt Rex Hungariae vtimur, fecimus consignari. Datum in praedicta nostra Ciuitate Posoniensi feria secunda proxima post Dominicam Inuocauit Anno Domini millesimo quadringentesimo tricesimo, Regnorum nostrorum anno Hungariae etc. quadragesimo tertio, Romanorum vigesimo, et Bohemiae decimo.

XLVIII.

1430. SIGISMVNDVS caussam indicat elargiti Posoniensibus Priuilegii super facultate cudendi monetam.

Nos SIGISMVNDVS Dei Gratia Romanorum Rex semper Augustus, ac Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae, etc. Rex memoriae commendamus tenore praesentium significantes, quibus expedit, vniuersis: quod Nos de fidei firmitate, animi constantia, fidelique, et sollicita agendorum nostrorum promotione, et sagaci procuratione fidelium nostrorum Prouidorum, et Circumspectorum Iudicis, et Iuratorum, ceterorumque Ciuium, Hospitum, et Inhabitatorum Ciuitatis nostrae Posoniensis, quos in omnibus nostris obsequiis, negotiis, et expeditionibus eorum procurationi, et expeditioni per eos commissis, et confisis fideles semper reperimus,

et solertes, de eorum fidelitate, et agili exercitio, et procuratione diligenti amplius confidere volentes, indubieque tenentes, quod ea, quae ipsis committemus, exemplo praeteritorum futura vtiliter impendent, et solerti vigilantia promouebunt, ex nostro etiam recordio non excidit, imo nostrae mentis armarium, obliuionis caligine fugata, celebris exinde memoria occupat, quod tempore disturbiorum, dicti Regni nostri Hungariae, iam dante Domino, feliciter sedatorum, dum de paterno Regno nostro Bohemiae praenotato in manu forti in praefatum Regnum nostrum Hungariae per dictam Ciuitatem nostram Posoniensem iter nostrum arripuissemus; tunc annotati Ciues nostri Posonienses fideles, et deuoti debitum sincerae fidelitatis exoluerunt; se nobis per efficaciam Mandatorum nostrorum, et gratae hospitalitatis complacentias prae omnibus aliis beneplacito nostro conformarunt, attentis etiam, consideratis multiplicium expensarum oneribus; per ipsos nostros Ciues ad sustentationem nostrae, et reginalis Maiestatum, Praelatorumque; ac Baronum, et Procerum nostrorum in eadem Ciuitate nostra pro tuitione, et defensione Confiniorum praefati Regni nostri Hungariae contra perfidos Huzytas, et Taboritas, haereticae prauitatis labe obfuscatos, totius orthodoxae fidei, nostrosque; ac dicti Regni nostri Hun-

gariae infideles, et rebelles in ipsorumque exinde offensam fere vnius integri anni spatio moram trahentium copiose factarum, et expositarum, pro quibus licet iidem nostri Ciues a nostra Maiestate multo maiora mererentur remunerationum impendia, in particularem tamen praemissorum compensam eisdem, ipsorumque posteris, et successoribus hanc gratiae praerogatiuam duximus perpetue faciendi, quod ipsi, et dicti eorum Successores quamlibet monetam regalem argenteam, cuiuscunque numismae, seu monetae existat, nunc et in posterum pro tempore currentem, in dicta Ciuitate nostra Posoniensi in eorum videlicet medio iuxta Legam, modum, formam, valorem, et quantitatem in aliis huiusmodi Camariis Cusionis monetae nostrae, et Successorum nostrorum Regum, vtpote Hungariae in talibus habitas, et observandas cudi facere valeant, et laborare, ac ad instar aliorum Comitum, seu Camerariorum huiusmodi cusionis monetarum, ipsas Monetas exponendi, seu commutandi liberam habeant facultatem, simul cum omnibus directionibus, et expeditionibus quibuslibet, nec non libertatibus, exemtionibus, praerogatiuis, et facultatibus solitis, et consuetis, et ob hoc ipsos Ciues nostros in Comites, et Camerarios huiusmodi cusionis monetarum nostrarum regalium perpetue duximus praeficiendum, et constituen-

dum, imo praeficimus, et constituimus praesentium per vigorem tali interiecta conditione, quod ipsi, et praescripti eorum posteri, et successores directam, et aequalem medietatem omnium prouentuum, et obuentionum, quae in expeditionibus, commutatione, vel quouis alio in lucro dictae cusionis monetarum nostrarum prouenieus, et prouenire solens Fisco nostro Regio, et consequenter praefatorum Successorum nostrorum Regum, vt praefertur, Hungariae fideliter debeant administrare. Ceterum omnes expensae, quae in expeditione praemissorum necessario fieri debent, et fient in futurum, de praescripto communi lucro cusionis monetae argenteae regalis, et ipsorum Ciuium perpetue fiant, et persoluantur. Itaque Ciues de huiusmodi dispensatione, et expostione singulis quatuor temporibus anni certis Officialibus nostris, et nostrorum successorum Regum ad hoc deputandis plenam, dare teneantur rationem. Item decreuimus et perpetuis successiuis temporibus volumus, firmiter obseruari, vt in Comitatibus Posoniensi, Mosoniensi, Sopronieusi, Castri ferrei, Zaladiensi, Nitriensi, Comaromiensi, Iaurinensi, et in Prouinciis Regni nostri Sclauoniae, nec non in Ciuitatibus Posoniensi, Tyrnauiensi, Trynchiniensi, Sopronieusi, Comaromiensi, Samaria, Tatha, Lewpoltsdorf, Deven, Owár, alias Altenburg, Neusiedel,

et Kysmárthon nullus alter audeat, vel praesumat argentum, et florenos auri, nec non monetas quascunque emere, seu cambire sub poena ablationis talium argenti, et florenorum, nisi Ciues nostri praenotati, ad praescriptam Cameram nostrae Maiestatis. Et si aliqui homines, seu mercatores de Partibus nostris inferioribus, puta de Rastia, vel aliunde ad praetactam Ciuitatem nostram Posoniensem aliquod argentum monetatum, vel non monetatum caussa venditionis, seu Cambii detulerint, extunc etiam tales huiusmodi argentum ad dictam Cameram nostram Posoniensem ipsis Ciuibus nostris, et nemini alteri pro condigno pretio dare teneantur, et assignare: alioquin ipsi Ciues nostri talismodi argentum sine aliquali pretio ad dictam Cameram nostram aufferendi habeant facultatem, praeterea annuimus iisdem Ciuibus, et Mercatoribus nostris gratiose, vt ipsi, et memorati ipsorum Successores vbique intra ambitum dicti Regni nostri Hungariae argentum, seu pecuniam cuiuscunque monetae existat, pro pecunia, aut quibusuis rebus eorum mercimonialibus ad dictam Cameram nostram apportare valeant, atque possint, contradictionibus quorumlibet non obstantibus. Vt igitur huiusmodi nostrae Concessionis, et gratiae praerogatiua robur obtineat perpetuae firmitatis, praesentes Litteras nostras emanari fecimus, secretique Sigilli nostri appensione

roborauimus. Datum in Kewche in Vigilia festi natiuit. Beati Ioannis Baptistae Anno Domini millesimo quadringentesimo tricesimo, Regnorum nostrorum anno Hungariae etc. quadragesimo quarto, Romanorum vigesimo, et Bohemiae decimo.

XLIX.

1432. SIGISMVNDVS valorem Denariorum determinat, et maioris monetae 100. pro vno floreno auri, minoris vero ~~400.~~ recipi praecipit.
1600

Nos SIGISMVNDVS Dei Gratia Romanorum Rex semper Augustus, ac Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae, etc. Rex memoriae commendamus, quod licet nos alias vna cum Praelatis, et Baronibus nostris mature deliberantes id, vt Denarii maioris monetae nostrae, cuius centum Denarii vnum Florenum auri repraesentant, Denarii pro tempore currentes, nominarentur, vocitarentur, et reputarentur, vniuersique, et singuli

prouentus tam nostri regales, quam Ecclesiarum, consequenterque dictorum Baronum, et quorumlibet Regnicolarum nostrorum cum dictis maioribusDenariis soluerentur, et exigerentur, de alia autem minori moneta nostra *Karting* vocata quadringenti Denarii pro vno floreno aureo, et quatuor Denarii eiusdem minoris monetae nostrae pro vno Denario dictae maioris monetae nostrae cursum haberent, et reciperentur, disposuerimus, et decreuerimus tamen, quia iam vt hoc notorium est, in contrarium huius nostrae dispositionis, et Decreti singuli floreni aurei pro singulis decem Centenariis ipsius Karting per quoslibet in hoc Regno nostro Hungariae communiter cambirentur, propter quod in omnibus negotiationibus, venditionibus, et emtionibus, quarumcunque rerum, exactionibusque Decimarum, Collectarum, et Tributorum inter Regnicolas nostros ecclesiasticos, et saeculares, redemtionibus etiam Litterarum inter eosdem Regnicolas nostros, et Magistros Cancellariorum, et Curiae nostrae Notarios multifariae disparitates, et differentiae, contentionesque, et discordiae nonnunquam exortae fuissent, et haberentur, ipsique Regno nostro, et eius Incolis diuersae, et plurimae incommoditates, et varii defectus, nec non caristiae, penuriae, atque damna dignoscuntur euenisse. Ideo nos huius-

modi defectibus, et incommoditatibus dicti Regni nostri, et Regnicolarum nostrorum obuiare, eorundemque commodo, et vtilitati prouidere cupientes, vna cum eisdem Praelatis, et Baronibus nostris, vtputa: Reuerendis in Christo Patribus, Dominis Georgio Archiepiscopo Strigoniensi, Ioanne Zagrabiensi nostrae Maiestatis Summo Cancellario, Dionysio Varadiensis, Petro Agriensis, Simone Wesprimiensis, et Clemente Iauriensis Ecclesiarum Episcopis. Item Magistris Nicolao de Gara praefati Regni nostri Hungariae Palatino, Mathia de Palocz Iudice Curiae, Petro Henrici de Berzenye Magistro Tauernicorum nostrae Maiestatis, Ladislao Bano nostro Machouiensi, et Nicolao filiis praefati Nicolai Palatini, Paulo Bissenó de Ezdege, Regni nostri Sclauoniae, Petro Cheh de Lewa similiter Machouiensi alias Banis, Stephano de Báthor Dapiferorum, Henrico de Thamasy Ianitorum nostrorum pridem Magistris, Sigismundo de Lossoncz, et Ladislao de Kanysa, nec non plerisque aliis Viris ecclesiasticis, ac diuersorum Comitatuum dicti Regni nostri potioribus Nobilibus, item Ciuitatum nostrarum Budensis, Pesthiensis, Albensis, Strigoniensis, Cassouiensis, Posoniensis, Thirnauiensis, Soproniensis, *Zegediensis*, ceterarumque Iudicibus, et Iuratis Ciuibus per nos ad hoc ipsam Ciuitatem nostram Budensem vo-

catis, et accersitis mature tractando, et sane deliberando, visaque, nec non capta, et examinata qualibet in essentia, et comperto valore ipsius minoris monetae nostrae Karthing appellatae — — — volumus, et statuendum decernimus, sicuti etiam perprius disposueramus, vt soli huiusmodi maioris monetae nostrae Denarii noui semper in antea generaliter nominentur, vocitentur, et reputentur Denarii, qui pro tempore currentes — — et centum ipsorum Denarii maiores valeant vnum florenum auri, ipsorum autem Denariorum Kartingh nuncupata, eo, quod iam, vt praemittitur, pro decem centennariis Denariorum ipsius monetae Kartingh vnus florenus auri cambiti ipsi decem centenarii Denarii pro praedicto vno floreno auri, et pro vno quoque dictorum Denariorum praefatae maioris monetae nostrae decem Denarii cursum habeant, ac in cunctis mercantiis, nec non venditionibus, forizationibus, et emtionibus quarumlibet rerum venalium recipiantur, vniuersique, et singuli prouentus tam videlicet nostri regales, quam Ecclesiarum, ac aliorum quorumcunque, puta, lucrum Camerae nostrae, ac Decimae Ecclesiarum, Tributa, et quaelibet Collectae, nec non redemtiones Litterarum praedictarum soluantur, et exigantur, cum dictis maioribus Denariis ita, vt in quibuslibet solutionibus, vbi vnus Denarius

ab olim dari consueuit, ibi de cetero vnus Denarius praedictae maioris Monetae nostrae, aut loco cuiuslibet huiusmodi Denarii decem ex dictis minoribus Denariis monetae Kartingh praedictae soluantur, et vbique recipiantur, contradictione, et renitentia sine omni. Quocirca vobis fidelibus nostris praedictis Praelatis, et Baronibus nostris vniuersis, nec non Comitatibus, Castellanis, Nobilibus, ac vestris Officialibus, item praescriptarum, et aliarum quarumlibet nostrarum, aliorumque quorumuis vestrorum, Ciuitatum, Oppidorum, Possessionum, et Villarum Rectoribus, Iudicibus, vtputa, et Villicis, cunctis etiam tam Regnicolis nostris, quam Forensibus maioribus vtputa, et minoribus, cuiuscunque status, gradus, et conditionis existant, harum serie firmissime, et districtissime praecipientes iniungimus, vt vos, et quilibet vestrum in soluendis quibusuis Collectis antefatis, expediendisque, exponendis, faciendis, et exigendis quibuslibet pecuniariis solutionibus, iuxta praemissam nostram, ac vestram, scilicet Praelatorum, et Baronum nostrorum, potiorumque praefati Regni nostri Procerum, Iudicumque, et Iuratorum praefatorum Ciuitatum nostrarum dispositionem, et limitationem modo praenotato factam, vbilibet in praetacto Regno nostro Vngariae, et Partibus eidem subiectis, praesertim vero in nundinis, seu foris annu-

alibus, et hebdomadalibus, tam videlicet in nostris, quam vestris Ciuitatibus, Oppidis, et Villis celebrandis, in quibusuis venditionibus, et emtionibus huiusmodi Monetam nostram, seu Denarios maiores pro Denariis nouis nominare, et vocitare, ac semper ad numerum, seu valorem, eorundem forizare, seu forifacere sicque valorem, seu pretium ipsorum maiorum Denariorum nostrorum, si eosdem in promtis non habueritis, seu non habuerint, cum dictis maioribus Denariis praefatae monetae Karting exsoluere debeatis, et teneamini adimplere sub poena detentionis Personae, et ablationis huiusmodi pecuniarum, aliarumque rerum venalium vestrarum, apud vos reperiendarum, quarum a transgressoribus huiusmodi nostrae voluntatis, et mandati aufferendarum in tres partes diuidendarum Inuentoribus, seu Accusatoribus talium transgressorum, aliam vero partem Comitibus Parochialibus in Prouinciis, puta extra Ciuitates liberas, in Ciuibus autem liberis, Iudicibus, eorundem receptoribus scilicet ipsarum pecuniarum, atque rerum, et tertiam partem Fisco nostro Regio cedere, applicari, et prouenire volumus, et mandamus. Et hoc volumus vbique in dicto Regno nostro palanr facere, et proclamari. Secus igitur in praemissis nequaquam facere ausuri. Datum Budae in festo beatorum Fabiani, et Sebasti-

ani Martyrum Anno Domini Millesimo quadringentesimo tricesimo secundo, Regnorum nostrorum, anno Hungariae etc. quadragesimo quinto, Romanorum vigesimo secundo, et Bohemiae duodecimo.

L.

1436. SIGISMVNDVS iubet Kesmarkenses 100. marcas argenti mittere Cássouiam pro cudenda moneta.

SIGISMVNDVS Dei Gratia Romanorum Imperator semper Augustus, ac Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae, etc. Rex, fidelibus nostris Iudici, Iuratis, caeterisque Ciuibus, ac Inhabitatoribus, ac toti Communitati nostrae Ciuitatis, Kesmark vocatae, Salutem, et gratiam. Quia nos disponendo comisimus Fideli nostro Egregio Leonardo Nopszy de Baymocz, Comiti Kesmarkensi ad Vrburarum, et Cusionis monetarum nostrarum, vt ipse inter certa loca cusionis monetarum nostrarum in Ciuitate nostra Cassouiensi praesentem nouam nostram monetam maiorem, cuius centum Denarii faciunt; et re-

putantur ad vnum florenum auri, pro vsu Regnicolarum nostrorum cudi faciat, et fabricari, pro cuius quidem monetae praedictae exactione, et continuatione, praesertim circa Principium, et inceptum eiusdem copia argenti nobis necessaria est, et valde opportuna: ideo volentes, et decernentes, ad huiusmodi monetae nostrae cusionem in Camera nostra Cassouiensi extendi, per vos inter alias nostras Ciuitates, certius subsidium in argento, nouum mutui, et sub spe restitutionis praeberi, et assignari, Fidelitati vestrae vniuersitatis firmissimo, et strictissimo nostro Edicto praecipimus, et mandamus, quatenus, agnita praesentium notitia, omni cessante occasione, et qualibet recusa postergata, centum marcas argenti de vestro medio exquirendo, et computando, praefato Comiti Leonardo, eiusque nomine Camerario suo inibi constituto, ad praedictam Cameram nostram Cassouiensem pro vberiori continuatione continuationis monetae nostrae praedictae pro proprio condigno, et consueto, nomine mutui, et sub spe restitutionis, concedere, dareque, et assignare, modis omnibus debeatis, Ipse enim Comes Leonardus, seu suus Camerarius praeattactus de proprio huiusmodi argenti nostri cum dicta moneta nostra ex ipso argento cudenda vobis successiue plenam impendet satisfactionem, secus ergo gratiae no-

strae sub obtentu facere non ausuri. Datum Budae Sabbatho proximo post Festum Sacratissimi Corporis Christi anno eiusdem MCCCCXXXVI. Regnorum nostrorum Hungariae, etc. quinquagesimo, Romanorum XXVI. Bohemiae XVI. Imperii vero quarto. L. S.

Infra Sigillum: De Comissione Domini Imperatoris Thomae Bihelanczy post suas Litteras reseratur.

In Dorso: Kesmárk Ciuitati pro argento ad monetam.

LI.

1456. LADISLAVS mandat in Camera Cibiniensi Denarios feriri, quorum 200, et alios *Filér* dictos, quorum 400. valebant vnum Florenum auri.

LADISLAVS Dei Gratia Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae etc. Rex, Austriaque, et Styriae Dux, nec non Marchio Morauiae, etc. Fidelibus nostris vniuersis, et singulis Nobilium Partium nostrarum Transiluaniae salutem, et Gratiam. Quia in hyeme proxime praeterita nobis in hoc Regnum nostrum Hungariae intrantibus, reperimus ipsum ex crebra mutatione, ac vilitate monetarum non modica suscepisse incommoda, ideo licet eo tunc ex deliberatione Praelatorum, et Baronum nostrorum decreuerimus, quandam monetam argenteam in Regno nostro Hungariae praedicto, et in quibuslibet Cameris in vna, et eadem lega, forma, pondere, et effigie cudendam, prout in aliis Lit-

teris nostris superinde emanatis clarius continetur, quae moneta in Camera nostra Cibiniensi, et in certis aliis Cameris cusa exstiterit, et in aliquibus locis per aliquod tempus cursum habuerit, tamen rumore, et querela nostrorum Regnicolarum sic percepimus, et intelleximus, monetam ipsam in lega, et numero praedictam pro communi bono, et deductione expensarum communium grauem esse intollerabilem: quapropter nos de eorundem Praelatorum, Baronum, et Procerum Regni nostri habita superinde matura deliberatione, suppressa, et mutata priori moneta nostra, aliam nouam Monetam Regno, et Regnicolis nostris in omnibus factis, et negotiationibus, expensisque, et aliis expeditionibus commodiorem, et vtiliorem in omnibus Cameris Regni nostri Hungariae sub lega, modo, forma, et effigie in aliis Litteris nostris exinde confectis denotata, et specificata, quorum ducenti pro vno floreno auri, monetam etiam minorem *Filér*, quorum quadringenti pro vno quoque floreno auri cursum habebunt, et recipi debeant in praedicta Camera nostra Cibiniensi, et aliis Cameris nostris comisimus elaborari. Quapropter Fidelitati Vestrae firmiter praecipimus, et mandamus, quatenus praefatam monetam in vera lega cusam, bene dealbatam, monetam, effigiatam ducentos Denarios, monetam autem

Filér quadringentos Denarios in quibuscunque negotiationibus, foriationibus, emtionibusque, et venditionibus vestri in medio pro vno floreno recipiatis, et ab omnibus recipi faciatis, et cursum habere permittatis, gratiae nostrae sub obtentu. Et haec volumus per Fora, et alia Loca publica vbique palam facere proclamari. Praesentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum in Oppido Futhak in Vigilia festi omnium Sanctorum. Anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo sexto, Regnorum autem nostrorum anno Hungariae decimo septimo, Bohemiae vero quarto.

Cossio propria Domini Regis ex deliberatione Praelatorum et Baronum.

LII.

1457. LADISLAVS demandat per Cassouienses Ioannem Giskra a cudendis monetis eousque inhiberi, donec super indultu priuilegiales Regis Litteras produxerit.

LADISLAVS Dei Gratia Rex Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae, etc. Austriaeque, et Styriae Dux, nec non Marchio Morauiae, etc. Circumspecti fideles nobis dilecti, intimastis nobis inter cetera per Nuncium vestrum, qualiter superioribus diebus Ioannes Giskra de Brandis etc. plurimum apud vos institisset, atque laborasset pro cusione nouae monetae in Camera in illa Ciuitate nostra Cassouiensi existenti, asserens, se habere Litteras nostras, quibus sibi superinde dedissemus facultatem. Et quia nos meminimus eidem super eo dedisse aliquas Litteras, vel authoritatem, vt ipse huiusmodi monetas in aliqua Camerarum cusionis monetarum no-

strarum cudi facere possit. Ob hoc, quod sibi in hoc restitistis, et non admisistis sine Litteris nostris Regiis cusionem monetarum praedictarum, Fidelitatem Vestram, atque in hac re circumspectam prudentiam vestram plurimum et laudamus, et commendamus. Vt autem de his certi sitis, quae in facto praemisso vos facere velimus, sciatis, quod omnes Litteras ad cusionem dictae nouae Monetae pro Camerario, et Camera cusionis monetarum nostrarum, in vestri medio existentium, necessarias paratas vobis, ad manus vestras per hunc Nuncium vestrum mittimus, volumusque omnino, et Fidelitati Vestrae firmiter comittimus, quatenus susceptis huiusmodi Literis, et eis diligenter reuisis, easdem, vel aliquam ex ipsis interim apud vos retineatis, donec praefatus Ioannes Giskra praescriptas Litteras nostras, quas se dicit super facultate praemissa habere, coram vobis produxerit, visisque eisdem Litteris, et diligenter examinatis, tandem Litteras praefatas in manus suas, vel Camerarii sui detis, et assignetis. Vbi autem huiusmodi Litteras nostras super facultate praemissa vestri in praesentia non exhiberet, seu producere nollet, extunc omnes Litteras, quas nunc vobis mittimus, apud vos teneatis, et conseruetis, nec aliquam monetam in Camera nostra praedicta cudi permittatis tamdiu, quousque aliud a nobis habueritis in

Commissis. Secus non facturi. Datum Budae Feria quarta proxima ante Festa Epiphaniatum Domini, anno eiusdem millesimo quadringentesimo quinquagesimo septimo, Regnorum autem nostrorum anno Hungariae etc. decimo septimo, Bohemiae vero quarto.

LIII.

1457. IOANNES HVNYADI Gubernator promulgat nouam monetam cudendam, atque veterem abolendam.

IOANNES de HVNYAD Regni Hungariae Gubernator vniuersis, et singulis Dominis Praelatis, Baronibus, Nobilibus, Castellanis, Officialibus, item Ciuitatum, Oppidorum, ac liberarum Villarum Rectoribus vbiuis sub iurisdictione Camerae Posoniensis Monetarum existentium, Praesentium notitiam habituris, Dominis fratribus, et amicis honorandis Salutem, et paratam in bene placitis voluntatem. Nondum credimus a recordio vestro excisum fore, qualiter superioribus diebus ex vestra, et omnium huius Regni Dominorum Praelatorum, et Baronum vnanimi voluntate, in Ciuitate Budensi conclusum extitit, et deliberatum, vt per totum hoc Regnum Hungariae vna Moneta instituatur, cuius Denarii maiores ducenti; minores vero scilicet Obuli

quadringenti cursum habeant pro floreno, quodque nulla alia pecunia praeter illam transitum habeat in praefato Regno: quam sicuti in ceteris Cameris regalibus, sic in Camera Posoniensi cudi fecimus. Igitur Dominationes, Fraternitates, et Amicitias vestras praesentibus requirimus, et hortamur, vobisque comittimus, quatenus praescriptam pecuniam nouam in dicta Camera Posoniensi cudendam, et nullam aliam antiquam in Dominiis, Possessionibus, aut Honoribus vestris, seu in medio vestri cursum habere permittatis, et permitti facere debeatis, Camerariisque nostris horum in contrarium facientibus, vim, et subsidium, dum vos in hac parte habuerint requisitos, praestare velitis, et curare, et hoc idem in Foris, et Locis publicis palam facere, volumus proclamari. Et aliud non facturi. Praesentibus perlectis, exhibenti restitutis. Datum in Karaan in Festo beati Lucae Evangelistae anno Domini millesimo quadringentesimo septimo.
L. S.

LIV.

1458. MATHIAS I. interdictis exterorum pecuniis, omnes solutiones sub poena confiscationis noua moneta fieri vult.

MATHIAS Dei Gratia Rex Hungariae, Dalmatiae, Croatiae, etc. Fidelibus nostris vniuersis, et singulis cuiuscunque Status, et Conditionis hominibus praesentes visuris Salutem, et Gratiam. Quia nos eius monetae, quam nuper in principio Regiminis nostri ex Deliberatione Praelatorum, et Baronum nostrorum cudi fecimus, vndique per totum Regnum nostrum cursum habere volumus, pro cuius etiam abundantiori cursu disposuimus, vt in Ciuitate nostra Cassouiensi cuderetur sub eisdem forma, pondere, et lega, sub quibus in Camera nostra Budensi cuditur, ideo volumus, vt nullus omnino hominum externa forensi, vel alia quacunque superinducta moneta mercari, et florenos cambiare, aut com-

mercia facere, vel alias quascunque res emere, aut comparare, quam hac nostra duntaxat, audeat, vel praesumat. Nam si quispiam contrarium facere attentauerit, comisimus Fidelitatibus nostris, Iudici, Iuratis, ceterisque Ciuibus Ciuitatis nostrae Cassouiensis, vel his, quos ipsi ad eam rem deputauerint, vt ipsi vniuersorum talium, qui mandata nostra in hac parte contemserint, non solum res, et bona aufferre deberent, sed etiam eos in persona absque laesione corporum, detinerent: quocirca vobis Fidelibus nostris Comiti, vel Vice-Comiti Comitatus Borsodiensis praesentibus firmiter comittimus, quatenus dum, et quotiescunque super hac re requisiti fueritis per praefatos Ciues Ciuitatis nostrae Cassouiensis, vel eorum homines, et Praesentium ostensores requisiti fueritis, eis omni fauore, et auxilio opportuno adesse debeatis, aliud non facturi. Praesentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Budae feria secunda proxima ante Festum Beati Osualdi Regis anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo octauo.

LV.

1462. MATHIAS, veteri moneta abolita, sancit nouam recipi, cuius 300. Denarii, aut 600. Obuli vnum florenum constituunt.

MATHIAS Dei Gratia Rex Hungariae, etc. Fidelibus nostris vniuersis, et singulis Nobilibus, et alterius cuiusuis status, possessionatis hominibus, item Ciuitatibus, Oppidis, et Villis quorumlibet Comitatuum Regni nostri Salutem, et gratiam. Considerantes incommoditates illas, quae ex turbatione, et vilificatione praesentis monetae non solum Regno nostro, sed etiam nobis in dies eueniunt, de consilio, et communi deliberatione Praelatorum, Baronum, et Nobilium dicti Regni nostri ipsam praesentem monetam reuocari, et aliam nouam, bonam, et durabilem monetam, cuius scilicet tercenti Denarii, Obuli vero sexingenti vnum florenum auri faciant, cudi facere decreuimus. Quamobrem fidelitati Vniuersitatis Vestrae, et cuiuslibet

vestrum harum serie firmiter praecipimus, et mandamus, quatenus a modo imposterum dictam nouam monetam, quae ex institutione nostra in Camera nostra Cassouiensi, et aliis Cameris Regni nostri sub dicta limitatione cuditur, in omnibus emtionibus, venditionibus recipere, et tollere, ac recipi facere, ipsaque noua moneta, et nulla alia, vti debeatis. Praeterea volumus, vt nullus omnino vestrum antiquarum monetarum, auri, argenti, cambia facere valeat, nec easdem antiquas monetas conflare, seu pro se cremare possit, sed ad ipsam Cameram nostram Cassouiensem per nullum tamen praesentetis, et faciatis praesentari, ac nemo ex vobis pro huiusmodi noua moneta nostra vltra numerum ipsorum 300. Denariorum, aut 600. Obulorum floren. auri cambiare praesumat: et, vt huiusmodi noua nostra moneta durabilior fiat, constituimus, vt 300. Denarii, aut Obuli 600. ipsius nouae nostrae monetae in emtionibus, et venditionibus rerum, eandem, quam vnus florenus auri, apud vos semper reputationem habeat. Quodsi aliud faceretis, commisimus, et praesentibus damus facultatem fideli nostro nobili Iohanni Nehezeger, Comiti dictae Camerae nostrae Cassouiensis, et Officialibus, hominibusque, et familiaribus suis, vt ipsi omnes tales, qui praemissa non obseruarent, cum adiutorio Comitum, vel Vice Comitum, et

Iudlium vestrorum parochialium, quibus eisdem ad hoc succurrere, praesentibus mandamus, in persona — — — resque, et bona eorum pro nostra Maiestate aufferant, authoritate nostra praesentibus, ipsis in hac parte attributa mediante, secus ergo non facturi, praesentesque perlectas reddatis praesentanti. Datum in Thorda feria VI. proxima ante festum B. Mathiae Apostoli, et Euangelistae anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo secundo.

LVI.

1466. MATHIAS serio imponit vsum nouae suae Monetae Cibiniensibus.

MATHIAS Dei Gratia Rex Hungariae, Dalmatiae, Croatiae, etc. Prudentes, et Circumspecti Viri, Fideles nobis dilecti! Quia praesentes duas Monetas nostras, quarum vnius maioris, videlicet centum, alterius vero scilicet minoris ducenti Denarii pro vno floreno cursum habebunt, etiam in illa Camera nostra Cibiniensi, sicuti in Camera nostra Budensi cudi facere statuimus. Ideo Fidelitati vestrae firmiter praecipientes mandamus, quatenus visis praesentibus iuxta informationem hominum fidelis nostri Balthasaris Ekenperger Camerarii nostri, Praesentium scilicet ostensorum in illa Camera nostra Cibiniensi omnino sub iisdem modo, forma, et lega, quibus hic in Camera nostra Budensi cuduntur, cudi faciatis, ac eis, et non aliis in emtioni-

bus, et venditionibus rerum quarumcunque vti debeatis, et in pertinentiis vestris vbilibet eas recipere faciatis. Videatis etiam, ne eaedem monetae vltra dictam dispositionem nostram cambiantur: nam si aliqui in vestri medio, et pertinentiis vestris ipsas monetas pluribus, quam centum, vel ducentis Denariis cambientes reperti fuerint, neminem nisi vos pro eo punire volumus. Datum Budae Feria secunda proxima post Festum Visitationis Beatae Mariae Virginis anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo sexto, Regni nostri anno nono, Caronationis vero tertio.

Epigraphe: Prudentibus, et Circumspectis Magistro Ciuium, Iudici, et Iuratis Ciuibus Ciuitatis nostrae Cibiniensis, fidelibus nobis dilectis.

LVII.

1507. SIGISMVNDVS Poloniarum Rex indulget Bartphensibus illos punire, qui eius monetam acceptare recusauerint.

SIGISMVNDVS Dei Gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lythuaniae, Russiae, Prussiaeque, etc. Dux, et haeres. Famosi grati nobis dilecti. Expositum nomine vestro accepimus, quomodo Subditi Regni nostri isti ad vos ad Nundinas, seu Fora cum Mercantiis, rebusque venalibus venientes, in recipienda Moneta nostra, quae hic in vsu habetur, difficiles se praeberent, cum vestro omnium praeiudicio, et damno. Quod si ita est, displicet nobis, quoniam talem contemtum in nostris Subditis ferre nollemus. Indulgemus itaque vobis, et permittimus, vt tales nostrae monetae contemtores puniatis: eisdem Edicto de nostro consensu mandantes, vt ipsam recipiant, quamdiu aliam a nobis

Informationem non habueritis. Datum Cracouiae in Conuentione generali Feria tertia proxima post Dominicam Reminiscere, Anno Domini millesimo quinquagesimo septimo, Regni nostri primo.

Inscriptio: Famosis Iudici, et Iuratis Bartphensibus, grate nobis dilectis.

LVIII.

1522. LVDOVICVS II, iubet Posonienses in quaestu, et omnibus solutionibus vti moneta noua.

LVDOVICVS Dei Gratia Rex Hungariae, et Bohemiae, etc. Prudentes, et Circumspecti, fideles nobis dilecti. Neminem latere potest, et initio generalis Expeditionis per nos publice edictum, et in proxime quoque praeterita generali Diaeta vniuersorum Dominorum, et Nobilium inter alia fuisse ordinatum, et in articulos quoque scriptum, ac per nos roboratum, vt pecunia nouae monetae, quam anno superiore pro publico totiusRegni commodo cudi facere coepimus, perinde ac veteres, et vsitatae per quoslibet pro rebus venalibus recipiantur. Cum itaque intelligamus, plures esse inter vos, qui huiusmodi nouas monetas recipere nollent, Fidelitati vestrae serie harum firmiter mandamus, quatenus, acceptis Praesentibus, publice

proclamari inter vos faciatis, vt iuxta praedictum publicum Edictum nostrum, et totius Regni Constitutionem quilibet sub poena amissionis omnium rerum, et haereditatum suarum praedictas nouas monetas perinde, atque veteres, pro rebus venalibus, atque aliis quibusuis solutionibus recipere debeant, et teneantur, et omnes, qui in ista nostra Ciuitate, et inter vos recipere nollent, ad recipiendum per rerum, et haereditatum suarum pro Maiestate nostra occupationem cogere, et compellere modis omnibus debeatis, et tentamini authoritate nostra regia, praesentibus in hac parte vobis concessa, mediantibus; Praesentes autem pro vestra superinde poteritis reseruare expeditione. Datum Budae in Festo Beatae Priscae Virginis Anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo secundo.

LIX.

1524. LVDOVICVS II. iubet Cassouienses de Iudaeo Isac, monetae cusionem ibidem inchoaturo, prouisionem facere, eumque contra quasuis impetitiones protegere.

LVDOVICVS Dei Gratia Rex Hungariae, et Bohemiae etc. Prudentes, et Circumspecti, fideles nobis dilecti. Cum iam cusionem nouarum monetarum in ista Ciuitate Cassouiensi inchoare fecimus, necessarium est, quempiam, qui artem cusionis perfecte sciat, isthic praeficere; quae, vt commodius possit continuari, prouidum Isac Iudaeum, quem sufficienti prudentia, et huius rei scientia, ac magisterio optime praeditum esse intelleximus, ad hoc officium a Spectabili, ac Magnifico Domino Ioanne Vaiuoda nostro Transiluano accepimus, cumque fidelis noster Reuerendus Dominus Paulus de Várda Episcopus Ecclesiae Wesprimiensis Thesaurarius noster vna cum

Seruitore suo in eadem Camera constituto in ista cusione praefecit, quem súa industria nobis vsui, vobisque in nihilo nocumento fore Confidimus. Praeterea volumus, et Fidelitatibus vestris firmiter praecipiendo mandamus, quatenus, habita Praesentium notitia, ipsi Isac Iudaeo de hospitio competenti, et pacifico habitaculo prouidere, et eum ob omni impedimento defendere, et protegere debeatis. Secus nulla ratione facturi. Datum Budae in Die Coenae Domini Anno eiusdem millesimo quingentesimo vigesimo quarto.

LX.

1538. IOANNES Rex Cibiniensibus significat propter aduentum exterarum Copiarum pecuniae tum domesticae, tum externae vsum in commercio admittendum.

IOANNES Dei Gratia Rex Hungariae, Dalmatiae, Croatiae Rex, etc. Prudentes, et Circumspecti, Fideles nobis dilecti. Cum Dominos, et Regnicolas nostros proxime conuocari fecimus, et de conseruatione ipsius Regni nostri Transiluaniensis consultaremus, inter alia vsus Copiarum, quas tum ex Regno nostro Hungariae, tum vero ex externis Partibus in subsidium huius Regni expectamus; cum illae diuersis cum pecuniarum generibus venturae sint, quo pacto fieri possit, et debeat, occurrebat. Vnde nobis, Consiliariisque nostris, ac aliis istius, et Hungariae Regnorum nostrorum Dominis visum est publicam vtilitatem priuatae commoditati praeponere, et conseruationem Regni magis, quam

priuatum lucrum prae oculis haberi debere, magisque paruam rerum iacturam ferre, quam debita auxilia in conseruationem istius Regni nostri necessaria posthaberi. Consulto igitur decretum est, quemlibet in hoc Regno tum aureis florenis, tum vero monetis hungaricalibus, simul et germanicis in pretio rerum omnium venalium, et emtitiarum, ac victualium quoque modo Ordinationis nostrae, ac vniuersorum Dominorum, ac Regnicolarum nostrorum, et poena, in scheda praesentibus inclusa, posita, a modo deinceps infra aliam deliberationem nostram vti debere. Quare volumus, et Fidelitati Vestrae firmissime committimus, et mandamus, vt huiusmodi ordinationem ad Domum Praetorii vestri affigere, et proclamari facere debeatis, et teneamini, vt quilibet deinceps iuxta Ordinationem praescriptam sub poena ibidem expressa habere, et ita, vt deliberatum est, vti illis debeat, atque teneatur. Scripsimus enim ad omnes Nobilium Comitatus, et Sedes Siculicas, aliasque Sedes nostras Saxonicales, vt ipsi quoque ibidem facere debeant. Secus igitur poena sub praemissa nulla ratione facere praesumatis. Datum in Ciuitate nostra Coloswár Feria II. proxima post Festum Exaltationis Sanctae Crucis Anno Domini millesimo quingentesimo tricesimo octauo. *Ioannes* Rex. m. p.

Foris: Prudentibus et Circumspectis Magistro Ciuium, Iudicibus, ac Iuratis Consulibus Ciuitatis nostrae Cibiniensis, fidelibus nobis dilectis.

LXI.

1553. OLAHVS Archiepiscopus Strigoniensis nomine regio prohibet Monetariorum Cremnicensium Libertates violari.

NICOLAVS OLAHVS miseratione diuina Archiepiscopus Ecclesiae Strigoniensis, Locique eiusdem Comes perpetuus, Primas Hungariae, Legatus natus, Summus et Secretarius, Cancellarius, ac Consiliarius Serenissimi Principis, Domini, Domini, Ferdinandi Diuina Fauente Clementia Romanorum, Hungariae, Bohemiae etc. Regis, semper Augusti, Infantis Hispaniae, Archiducis Austriae, etc. vniuersis, et singulis cuiusuis Status, et conditionis, dignitatis, et praeeminentiae hominibus, ad quos Praesentes nostrae perue-

nerint, Salutem, et fauorem. Expositum est Nobis, esse nonnullos, qui totius Regni Hungariae Seruitores monetarios Vrbis Cremniczensis contra Libertates, Priuilegia, antiquasque Consuetudines eorum perturbare niterentur. Cum autem iidem Monetarii specialiter tutelae nostrae sint commissi, et nos eos, quam etiam alios in suis Libertatibus, quibus olim gauisi sunt, nunc quoque manutenere, et tueri ex officio nostro teneamur, Hortamur omnes, et singulos, et authoritate praefatae Regiae Maiestatis requirimus, vt praedictos Monetarios Cremniczenses in iisdem Libertatibus, et Priuilegiis a Diuis quondam Hungariae Regibus, ipsis concessis imperturbatos relinquere, nec illis quacunque ratione molesti esse velint. Secus non facturi. Praesentibus perlectis, exhibenti restitutis. Datum Viennae quinta Mensis Iulii Anno Domini Millesimo quingentesimo quinquagesimo tertio. Strigoniensis Archiepiscopus m. p. L. S.

LXII.

1560. FERDINANDVS leuat a Cibiniensibus 500. florenos hungaricales, vnum a 70. xr. computando.

FERDINANDVS Diuina fauente clementia electus Romanorum Imperator, semper Augustus, ac Germaniae, Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae, et Sclauoniae Rex, Infans Hispaniarum, Archidux Austriae, Dux Burgundiae, Styriae, Carnioliae, et Virtenbergae, Comes Tyrolis. Fatemur, et recognoscimus tenore Praesentium pro Nobis, nostris haeredibus, ac Successoribus notum facimus, quibus expedit, vniuersis. Quod, cum Prudentes, ac Circumspecti fideles nobis dilecti, Iudex, Iurati Ciues, caeterique Incolae Ciuitatis nostrae Cibiniensis, ad benignam nostram requisitionem in praesentes Regni nostri Hungariae vsus bellicosos sub spe futurae restitutionis 500. Florenos hungaricos, singulos a 70. xris computando humillime mutuauerint, et ad manus nostri Consiliarii, et Solutionum

bellicarum Magistri Mathiae Cameri Fuchs agnominati in parata pecunia parauerint numerando. Nos propterea praedictum Iudicem, Iuratos Ciues, reliquosque Incolas Cibinienses de rehabitione praedicti 500. florenorum Hungaricorum mutui in Tricesimam nostram Zemptiensem clementer assecurassemus, imo assecuramus, pollicemur, et affirmamus vigore Praesentium, ita, quod Nos, nostri haeredes, et successores praedictae Ciuitatis nostrae Cibiniensis Iudici, Iuratis Ciuibus, caeterisque eius Incolis praeattactos quingentos florenos Hungaricos ex prouentibus, et reditibus praeattactae Tricesimae nostrae Zemptiensis infra vnius anni spacium citra omnem defectum, et dilationem ad manus ipsorum exoluere, et numerare velimus, ac teneamur. Vigore Litterarum nostrarum hoc nomine ad Cameram nostram Hungaricam expeditarum. Harum nostrarum testimonio, Sigilli nostri appensione, manusque subscriptione munitarum. Datum in Ciuitate nostra Viennae die decima quinta Iulii anno a nato Christo millesimo quingentesimo sexagesimo, Regnorum nostrorum, Romani trigesimo, reliquorum vero trigesimo quarto. Ferdinandus m. p. Ad mandatum Domini electi Imperatoris proprium Franciscus Turzo m. p. S. Püchler de Weiten. m. p. I. Rexius m. p. I. Baptista Burant. m. p. L. S.

LXIII.

1592. RVDOLPHVS Monetae Polonicae modum obseruandum praescribit in quaestu.

RVDOLPHVS SECVNDVS Dei Gratia electus Romanorum Imperator, semper Augustus, ac Germaniae, Hungariae, Bohemiae, etc. Rex. Prudentes, ac Circumspecti, fideles nobis dilecti. Recenti vos memoria tenere benigne arbitramur, quam strictis, ac seriis, iisque generalibus Mandatis nostris anno adhuc millesimo quingentesimo septuagesimo octauo iuxta publicas fidelium Regnicolarum nostrorum Constitutiones emanatis monetae Polonicae non solum Regno huic, verum etiam Fisco nostro regio damnosae vsum ad ligam, et valorem monetae Hungaricae, quae in Ciuitate nostra monetaria Cremnicziensi cuditur, redigere, ac per hoc generalem eius vsum tollere, vel vero saltem pro publico

Regni nostri bono diminuere conati fuerimus. Verum tamen non solum generale Edictum illud nostrum nullibi locorum obseruatum esse, sed potius quorundam priuato deditorum quaestu, et impostura in tantum monetam illam Polonicam inualuisse, vt totum fere hoc Regnum nostrum oppleuerit, et monetam Hungaricam excluserit, abunde compertum habemus. Cum autem eiusmodi abusus Regno nostro, et publico bono nimis damnosos ex officio nostro regio omnino tollere, fidelibusque Subditis nostris hac etiam in parte opitulari, benigne consulere statuerimus. Ideo Fidelitati vestrae, et vestrum singulis harum serie sub grauissimae indignationis nostrae, et in Articulo publicarum Regni Constitutionum, ac praesertim anno millesimo quingentesimo septuagesimo quarto editarum superinde expressa poena firmissime committimus, et mandamus, aliud omnino habere volentes, vt statim post harum Litterarum nostrarum publicationem, nullo amplius spatio consueti hactenus illius monetae Polonicae valoris admisso, nullum omnino vestrum, cuiusuis etiam status, et conditionis existat, cum eadem Polonica moneta in manifestum Regni huius nostri damnum, et praeiudicium, non solum palam, vel occulte quaestum non exercere, eamque proprii sui commodi, et turpis lucri causa, in Regnum hoc nostrum amplius in-

ducere, sed vltra valorem, et ligam, ad quam antea ex benigna Commissione nostra, per certas eius rei peritas, et ad hoc ipsum per nos ordinatas personas redacta, vobisque per generalia, vt praemissum est, Mandata nostra edicta, et publicata fuit, dictam monetam Polonicam neque exponere, neque accipere audeat, et praesumat, verum illo modo, qui sequitur, et non aliter, vti videlicet singulum grossum Polonicum, qui antea tribus denariis Hungaricis accipiebatur, non vltra, quam pro denariis hungaricis duobus cum dimidio. Grossum vero dimidium, qui antea pro sesqui Denario dabatur, vno Denario Hungarico. Illum porro grossum, qui pro tribus aliis grossis Polonicis, et in valore nouem numorum Hungaricorum currebat, deinceps non aliter, quam pro octo numis Hungaricis, et denique grossum illum Polonicum, qui antea duodecim Denariis Hungaricis exponere, et accipere quilibet vestrum debeat. Quicunque vero ex vobis contra hanc Constitutionem, et reiteratum Edictum nostrum temeritate ductus facere tentauerit, et aliter cum praedicta moneta Polonica quaestum exercuerit, aut in venditione, vel emtione vsus fuerit, pecuniam ipsam de facto amittat, et per Iudicem, et Senatum vestrum, quibus huius rei diligentem curam serio per Praesentes demandamus, debitaeque animad-

uersionis, et punitionis plenam facultatem, et potestatem concedimus, pro tali sua proteruia, et inobedientia, debitis modis irremissibiliter puniatur. Secus igitur poena sub praemissa nullatenus facturi. Datum in Arce nostra regia Pragensi Prima Die mensis Ianuarii Anno Domini millesimo quingentesimo nonagesimo secundo. Rudolphus m. p. I. Himmelreich m. p.

Extus: Prudentibus, ac Circumspectis Iudici, et Iuratis, ceterisque vniuersis Ciuibus Ciuitatis nostrae Késmark, etc. Fidelibus nobis dilectis. L. S.

INDEX APPENDICIS.

Pag.

Appendix haec seruit ad corrigendos Errores, qui per Typographum, et Calchographum admissi sunt in Catalogo numismatico Széchényiano - - - - x
Ars Caementi transumta ex Mssto Sacc. XVI. - - - - - - - - - - - - - - 116
— Aurum purgandi - - - - - - - - - - 120
Aurei resoluebantur olim ad Marianos, Grossos, Denarios, et Obulos - - - - 123
— Saec. XV. adhuc *Agio* non habebant - - 127
— sub Gabriele Betlenio 2. fl. 40. xr. constituebant - - - - - - - - - - - - 127
Babka species erat monetae, quae sub Ludouico II. inualuit. - - - - - - - 122
Bánfi Georgio Gubernat. Transil. cusus numus describitur - - - - - - - - - - 100
Báthor Stephanus erat anno 1432. sub Sigismundo Dapiferorum Magister - - - 215
Berzenye Petrus Henricus sub idem tempus erat Thauernicus - - - - - - - 215
Bissenus de Ezdege Paulus an. 1405. fuit Banus Dal. et Croa. - - - - - - - - 196

Pag.

Carolus I. iubet Capitulum Albense in Transiluania dimidium Fertonem pro cudenda moneta exigere - - - - - - 163
Cassouienses iubentur a Maria Regina Nambusculo Tricesimas in Coronis exacturo assistere - - - - - - - - - - 168
Cheh de Lewa Petrus fuit an. 1405. sub Sigismundo Imp. Agazonum Magister - - 192
Cibinii in Transiluania an. 1456. duplicis speciei Denarii cudebantur, quorum alii 200. item alii 400. vnum florenum Auri constituebant - - - - - - 222
Collectio numaria Andrássiana nunc Pestini videri potest - - - - - - - - - 109
— *Semseiana* Budae - - - - - - - - - 109
— *Rhédeiana* Magno Varadini . - - - - 110
— *Szalaiana* Budae - - - - - - - - - 111
— *Radványiana* a Vice-Comite Torontaliensi Antonio Kiss emta, et Museo Hungarico donata est - - - - - - - 109
Cruciferi sub Ludouico II. in Hungaria inualuerunt - - - - - - - - - - - - 122
Dékány homo erat Archiepiscopalis - - - - 142
Denarii 400. minoris monetae sub Sigismundo valebant 1. fl. auri - - - - - 213
— Grossi hungarici aequiparabantur hodiernis Marianis - - - - - - - - - 125
Ders Martinus erat an. 1405. sub Sigismundo Dapiferorum Magister - - - - 197
Diuersitas Denariorum e Corpore Iuris Hungarici eruenda - - - - - - - - 134
Dobner Gelas. scripsit Dissertationem de Sexagena Grossorum Pragensium . - - 135
Dvorniky Martinus homo erat archiepiscopalis - - - - - - - - - - - - - 142

Pag.

Eberhardus Episcopus Zagrabiensis anno 1405. sub Sigismundo fuit Summus Aulae Cancellarius - - - - - - - - - - 196
Ederiana Data monetaria producuntur - - 161
Ekenperger Balthasar an. 1466. sub Mathia I. fuit Camerarius Cibiniensis - - 255
Errata in Tabulis corriguntur - . - - - - - 34
Ferdinandus I. Imp. et Rex 500. flor. mutuo accipit a Cibiniensibus - - - - - 247
Ferto erat quarta pars marcae - - - - - - 138
Florenus sub Ferdinando I. anno 1560. valebat 70. xr. - - - - - - - - - - . - 247
— *auri* a Colonis sub Wladislao II. Dominis Terrestribus soluebatur - - - - - 128
— *auri* memoratur in Legibus - - - - - - 123
Forma, et pondus monetae *Quarting* dictae describitur - - - - - - : . - - 171
Gara - Nicolaus fuit an. 1432. Palatinus Regni - - - - - - - - - - - - - - 196
Giskra Ioannes de Brandis prohibetur cudere monetam Cassouiae, donec Priuilegium non produxerit - - - - - - - - 225
Grossi valor erat alius sub Wenceslao, alius sub Sigismundo - - - - - - - - - 139
— 3. xrorum primum an. 1622. minoribus Denariis successerunt - - - - - - - - 122
— sub Ferdinando II. - - - - - - - - - - 122
Hammerschmidt Antonius S. C. R. et A. M. in M. Principatu Transiluaniae Monetarum Magister petentibus Statibus, et Ordinibus sub Comitiis an. 1793. Transiluanicis exhibet Opinionem de vero Piseti sensu - - - - - - - - - - - - - 154
Hunyadi Ioannes an. 1457. ex consensu SS. et OO. Regni abrogat monetam veterem, et nouam cudit - - - - - 228

Pag.

Ioannes Rex indulget apud Transiluanos cursum tam domesticarum, quam exterarum monetarum - - - - - - - - 243
Isac Iudaeus fuit sub Ludouico II. Cassouiae Monetarum Magister - - - - - - 241
Kanisa Ladislaus consulitur an. 1432. a Sigismundo super cusione nouae monetae Karting - - - - - - - - - - - 215
Karting erant duplices, minores 400. maiores 100. valebant olim 1. fl. auri . - 213
Kesmárkenses an. 1436. iubentur 100. marcas argenti Cassouiam mittere pro cudenda moneta - - - - - - - - - 219
Libri nonnulli de Re numaria Hungariae recensentur - - - - - - - - - - - - 111
Lossoncz Sigismundus an. 1432. adhibetur a Sigismundo Imp. ad Tractatum de noua moneta Karting - - - - - - - 215
Ludouicus II. an. 1522 iubet Posonienses in quaestu noua moneta vti - - - - . 239
Maholány erat Praefectus Archiepiscopalis - 144
Manuscripta de Re numaria hungarica indicantur - - - - - - - - - - - - 144
Marca erat legalis, vulgaris, regalis, et grauis 136 et 137
Maria I. cudit monetam, quae *Corona* dicebatur - - - - - - - - - - - - 166
Mariani dicebantur ab effigie B. M. V. impressa 124
Mathias I. an. 1458. sub poena confiscationis Bonorum prohibet exteras monetas - - - - - - - - - - - - 230
— cudit nouam monetam, cuius 300. Denarii, item 600. Obuli effecerunt vnum florenum - - - - - - - - - - 232
Mensura Budensis sub Sigismundo per totum Regnum viguit - - - - - - - 176

Pag.
Moneta hungarica an 1550. decernebatur ad ligam, et valorem Imperialis reducenda - 127
— dum Rudolphus imperium adiret, in cursu varia erat - - - - - - - - - - 140
— *Carolina* diuersi erat nominis, et speciei - 165
Nambusculus de Florentia sub Maria I. Regina erat Comes Tricesimarum - - - 166
Nehezeger Ioannes sub Mathia I. fuit Comes Camerae Cassouiensis - - - - - - 233
Nicolaus erat sub Carolo I. Dispensator - - 165
Nomina Comitum Camerae sub Carolo I. enarrantur - - - - - - - - - - - - - - 164
Nopszy de Baymocz Leonardus fuit an. 1436. Comes Kesmarkensis Vrburarum, et Monetarum - - - - - - - - - - - - 219
Numi hungarici in Numophylacio Regni existentes secundum ordinem Scriniorum referuntur - - - - - - - - - - - 18
— nonnulli describuntur, qui a C. Széchényi nondum dati sunt - - - - - - - 24
— describuntur, qui in Catalogo Instituti numismatici Széchényiani non continentur. - - - - - - - - - - - - - - - 36
— Transiluaniae - - - - - - - - - - - 94
— Miscellanei - - - - - - - - - - - - - 100
— adulterati - - - - - - - - - - - - - - 104
Olahus Nicolaus Archiepiscopus Strigoniensis an. 1553. vulgat Protectionales pro Monetariis Cremnicensibus - - - 245
Palocz Mathias anno 1432. dignitate gaudebat Iudicis Curiae - - - - - - - 215
Peth Paulus an. 1405. sub Sigismundo erat Banus Dalmatiae, et Croatiae - - - - 196
Pisetum administrabatur pro Archiepisc. Strigoniensi - - - - - - - - - - - - - 141

Pag.

Poltura Slauis mediam monetam significat - 126
Priuilegium Sigismundeum an. 1405. pro montanis Ciuitatibus expeditum producitur - 174
Quarting, seu *Vierling* monetae cudendae ius obtinent Posonienses - - - - - - - 200
Rozgon Stephanus, *et Georgius* an. 1430. erant Comites Posonienses - - - - - - 206
Rudolphus Imp. et Rex pretium monetae Polonicae deualuat - - - - . - . - 249
Samarienses iubentur emtionem, et venditionem argenti cum Posoniensibus instituere - . - - . - . - - - - - 200
Scamna quid? - - - - - - - - - - - . 176
Schönvisner Stephanus Rem numariam Hungariae primus in certum Systema redegit. - - - - - - - - - - - - VI
— auctor est Catalogi numismatici Széchényiani - - - - - - - - - - - - VII
Schreter Godefredus erat substitutus Pisetarius - - - - - 152
Scopecz moneta erat an. 1477. etiam in Hungaria vsitata 130
Scrinia XVII. in Numophylacio Hungarico numis repleta sunt 23
Secretum Cementi 119
Sexagena vna grossos 60. constituebat . . . 138
Sigismundus Imp. et Rex an. 1424. monetam Fillér abrogat. falsum! [illegible] 198
— an. 1400. Ciuitati Posoniensi confert ius cudendae monetae Quarting . . . 169
— an. 1400. erigit Posonii Cameram monetariam 170
— iubet Posonienses ex vna marca Denarios 500. cudere 205

Pag.
— an. 1430. Posonienses ob singularia merita assumit in Comites, et Camerarios cudendarum monetarum regalium 208
— an. 1432. determinat valorem Denariorum . 213
— Rex Poloniarum an. 1507. vult illos puniri a Kesmarkensibus, qui eius monetam acceptare recusauerint 237
Simonchicz Innocentius de florenis, et Denariis Coruinianis scripsit - 140
Smilla de Wetaw erat Comes Posoniensis . . 197
Sphalmata in descriptione numorum corriguntur 27
Stephanus fuit sub Bela IV. Banus 164
Stierbich Christianus habebat ab Archiepiscopo Sttigoniensi Salarium 68. fl. 86. den. - 146
Széchényi Franciscus Comes muneri dat Regno Collectionem suam numariam Hungaricam xiii
Testamentum Comitis Steph. Báthory producitur 129
Taleri sub Ferdinando I. - - 122
Thamásy Henricus an. 1432. fuerat Ianitorum Magister . . . . . : 215
Thary Laurentius an. 1405. sub Sigismundo fuit Pincernarum Magister - 197
Tibolth Michael plurimum impendit operae in adornanda Collectione numaria Széchényiana . . . . , . vi
Trontl de Nenna an. 1405. sub Sigismundo Imp. et Rege erat Pincernarum Magister - 196
Votum C. Fran. Széchényi dicatum - . . xiii
Zapolyianus Numus Transiluanicus 94

Errata.			*Corrige.*
Pag.	*Lin.*		
67	5	Carniolæ	Carnioliae.
86	19	iniorir	ininor.
125	10	tameu	tamen.
ibid.	22	anri	auri.
128	13	tedigebatur	redigebatur.
129	22	simul	semel.
130	10	dispánálók	disponálok.
135	20	in	inter.
139	12	*post* valorem	*adde* a
149	2	comsumti	consumti.
152	2	Pisetari	Pisetarii.
170	30	fine	fini.
174	14	cogitet	cogitat.
176	10	Hegyvain	Hegyvám.
176	27	utque	atque.
177	19	Iudicium	Iudicum.
181	4	Possessiue	Possessione.
193	22	*post* quospiam	*adde* cuiusuis.
200	6	Sumarienses	Samarienses.
240	12	tentamini	teneamini.